Bellarmino, Roberto Francesco
= Romolo, S.J., Saint, 1542-1621

ROBERTI BELLARMINI POLITIANI

SOCIETATIS IESV

S. R. E. CARDINALIS,

INSTITVTIONES LINGVAE Hebraicæ, postremò recognitæ, ac locupletatæ.


CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,

Apud Io. Baptistam Ciottum Senensem, 1606.

ADMONITIO AD LECTOREM.



*As noſtras inſtitutiones ad eam rationem, ac viam redigere conati ſumus; vt etiam ſine Pręceptore vnuſquiſque per ſe linguæ Hebraicæ ſi non perfectam cognitionẽ, certè initia, et rudimenta percipere poßet. Porrò vbicunque repereris aliqua minutioribus literis impreßa, ſcito ea cũ minùs neceßaria, tum magis difficilia eße, quàm vt à tyronibus initio legi oporteat: quæ tamen, cæteris anteà perlectis, ſine labore vllo intelligẽtur.*


IHS

INSTITVTIONVM LINGVÆ HEBRAICÆ PARS PRIMA.

CAPVT PRIMVM DE LITERIS.



Iteræ Hebræorum, quas ipſi אוֹתִיוֹת Othiioth appellant, omnes ſunt conſonantes. Earum numerum, & ordinē, qui ex Threnis Hieremiæ, alijsq; ſimilibus alphabeticis libris colligitur, nec non figuras, nomina, & ipſorum nominum ſignificationem, denique poteſtatem, ſiue ſonum ipſarum, & quorum numerorum notæ ſint, ſubiecta tabella indicabit.

Num.	Figu.	Poteſtas.	Nomen.	Significatio.
1	א	*aſpiratio leniſſima.*	*Aleph* אָלֶף	*Quaſi* אַלּוּף *alluph, ideſt princeps, ꝙ ſit principiũ Alphabeti.*
2	ב	*B, Græcum, ſiue, u, cõſonans.*	*Beth* בֵּית	*Domus, ꝙ figura ſua domum imitetur: ſumma enim linea tectũ, infima pauimentũ, media parietẽ, vacuitas è regione portam refert.*
3	ג	*gh*	*Ghimel* גִּימֶל	*Quaſi* גָּמָל *gamal, ideſt*

Num.	Figu.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
				est camelus, propter gibbum, quẽ in dorso gerit.
4	ד	dh	Daleth דֶּלֶת	Quasi דֶּלֶת deleth, id est porta, quòd eam suis lineis aliqua ex parte referat.
5	ה	h	He הֵא	A sono, quẽ exprimit, nomen accepit.
6	ו	u, consonans.	Vau וָו	Uncinus:, quod eius similitudinẽ præseferat:

Num.	Figu.	Poteſtas.	Nomen.	Significatio.
7	ז	Z, *Græcum.*	*Zain* זַיִן	*Quaſi* זֵין, *Zen. i. telũ, q̃ claua eſſe uideatur.*
8	ח	*ch*	*Cheth* חֵית	*A ſono proprio ſic vocatur.*
9	ט	*t*	*Teth* טֵית	*Item à ſono.*
10	י	*i, conſonans.*	*Iod* יוֹד	*Quaſi* יַד, *iad, ideſt, ſpatium, q̃ propter ſuã exiguitatẽ relinquit.*
20	כ ך	*c ch* *CH*	*Caph* כַּף	*A curuitate ſic dicitur, nã* כָּפַף *Caphaph, incur*

Num.	Figu.	Poteſtas.	Nomen.	Significatio.
				curuare ſignificat, & כַף Caph, rẽ curuam, ut volam.
30	ל	*l*	*Lamed* לָמֶד	*A מַלְמַד, Malmad. i. ſtimulo, ſeu veru, cuius ſimilitudinẽ exhibet.*
40	מ ם	*m* *M*	*Mem* מֵם	*A ſono, vt in alijs linguis.*
50	נ ן	*n* *N*	*Nun* נוּן	*Item a ſono.*
60	ס	*ſ*	*Samech* סָמֶךְ	*Quaſi סָמוּךְ Samuch, id eſt cõtinuatum,*

Num.	Figu.	Poteſtas.	Nomen.	Significatio.
				tum, et in ſe ductũ à סָמַךְ *cõtinuauit.*
70	ע	*aſpiratio denſiſſima*	*Nghaijn* עַיִן	*Oculus, quod eius figurã imitetur.*
80	פ ף	*p ph* PH	*Pe* פֵּא	*Os, ſeu vultus, à figura.*
90	צ ץ	*ts* TS	*Tſade* צָדֵי	*Venabulũ, quòd ei non diſsimile videatur.*
100	ק	*q, vel* k.	*Coph* קוף	*Vel à ſono proprio ſic dicitur, vel à circulo, quem deſcribit, nam*

קוף

Num.	Figu.	Poteſtas.	Nomen.	Significatio.
				קוף cuph circuire eſt.
200	ר	*r*	*Reſc* רֵישׁ	*Quaſi* ראשׁ *Roſc, ideſt caput, q. aliqua ex parte illius figuram imitetur.*
300	שש	*ſc ſ. vide Iu. c.12.v.6*	*Scin* שִׁין	*Quaſi* שֵׁן, *Sen. i. dens q. dentata ſit litera.*
400	ת	*th, ſiue θ Græcum.*	*Tau* תָו	*Signum, ſiue terminꝰ, quòd alphabetum terminet.*

500	600	700	800	900	1000
ך	ם	ן	ף	ץ	א

Admonitio de nominibus literarum Hebraicarum.



Omina harum literarum vetustissima esse, atque ex his veluti fontibus quibusdam deriuata esse nomina aliarum omnium literarum, veteres omnes docent, Hebræi, Græci, Latini. Vide Iosephum lib. 1. Antiquit. cap. 4. Eupolemum apud Clementem Alexandrinum lib. 1. Strom. Augustinum lib. 18. de Ciuitate Dei cap 39. ac præcipuè Eusebium lib. 9. cap. 4. & lib. 10. cap. 2. de præparatione Euangelica, qui ex eo demonstrat primas omnium literarum Hebraicas fuisse, quod solæ Hebraicæ literæ nomina habeant significatiua. Cur enim Græci literas suas uocent alpha, beta, gamma, delta; & Latini, a, b, c, d, &c. nullam rationem aliam reddere possumus, quàm quòd

He-

Hebræos imitati sint, qui literis suis nomina posuerunt, aleph, beth, gimel, daleth. Cur autem Hebræi literas suas ita vocauerint, rationem à propria significatione ductam reddit Eusebius loco notato: item Sanctus Hieronymus in Epist. ad Paulam vrbicam, & in Commentario ad Threnos Hieremiæ: nos quoque aliam ab illis non parum diuersam paulò ante reddidimus.

De potestate earundem literarum.

1 PRæter ea, quæ in Alphabeto ipso annotauimus, sciendũ quoque est, literas oẽs Hebraicas in quinque diuisas esse classes, pro numero videlicet instrumentorum vocis: quædam enim dicuntur literæ gutturales, videlicet ע ח ה א.

2 Aliæ dicuntur literæ labiales, videlicet, ף מ ו ב.

3 Aliæ

3 Aliæ dicuntur literæ palati, videlicet, ג י כ ק.

4 Aliæ dicuntur literæ linguæ, videlicet, ד ט ל נ ת.

5 Aliæ denique dicuntur literæ dentium, videlicet, ז ס צ ר ש. Ex his notandæ potiſſimùm quę ſunt gutturis, & labiorũ: gutturales præſertim, quarum א, Aleph in ſummo gutture, ſiue in ipſo ore formatur, reſpondetq; ſpiritui leni Græcorum; ita vt nihil addat ad vocalem, cum qua ſyllabam neceſſario efficit, niſi ſpiritum illum, qui minimùm requiritur ad quãlibet vocem proferendam. ה He reſpondet ſpiritui denſo Græcorum, & noſtræ aſpirationi h, formaturq; in gutture, ſed paulò inferiùs q̃ Aleph. ח Cheth eſt quaſi duplex aſpiratio denſa, & in ipſo nodo gutturis, hoc eſt, inferiùs, quàm

quàm he, formari debet. ע Nghaijn, aſpiratio eſt dēſiſſima (etſi alij aliter ſentiant) fitq; dum ſpiritus narium adiumento in imo gutture quodammodo ſtrangulatur. Itaque pronunciatio harum quatuor literarum à ſummo gutture ad imum vſque, quaſi quibuſdam gradibus deſcendit.

De figuris, ſeu characteribus literarum.

1 PRimùm diligenter intuendæ ſunt figuræ, & diſcrimen notandum ſimilium literarum, ne inter legendum vnam accipiamus pro alia. Sunt autem hæ literæ ſimiles.

ב ג ד ה ו ט ס ע שׁ

כ נ ר ח ז מ ם צ שׂ

2 Deinde ſciendum eſt, quinque literas dupliciter ſcribi, videlicet, כ מ נ פ צ quarum priores, ideſt, con- ך ם ן ף ץ tractiores ſcribuntur in principio, & in

dictionis, posteriores autem
..m longiores sunt, scribuntur
..m in fine.

APPENDIX.

Inuenitur tamen extra ordinem Isa.9. v.7. ם, in medio, in illa dictione, לְםַרְבֵּה, lemarbe ad multiplicationē. & lib.2. Esd. cap. 2. v.13. ם in fine, in dictione הֵםּ illi.

3 Postremò sciendum est, Hebræos literis Alphabeti vti ad notas numerorum indicandas, vt in ipsa tabula literarum ostendimus. Porrò ceteros numeros quos ibi non expressimus, ex aliorum compositione efficiunt: Siquidē יא significat 11 יב 12. & sic de cæteris, nisi quod pro יה scribunt טו superstitione quadam ducti, quia יה est vnum ... nominibus Dei. Sic etiam post ת, qu... ...efficit 400. non semper po... nunt

nunt literas illas finales, sed ... minuen... ne pau-
tos numeros. ... peni-
...aio

900	800	700	600	500
:תתק	תת	תש	תר	תק

CAPVT SECVNDVM DE PVNCTIS,

Quæ uocalium loco sunt apud Hebræos.



Veteres Hebręi quòd nullas haberent propriè vocales literas, vtebantur interdum c...ũ loco quatuor consonantibus, videlicet, א, aleph, ה, he, ו, vau, י, iod: & quidem per aleph, & he, exprim... bant, a, & interdum alias voc...; per vau, o, & u; per iod, e, & ...

APPENDIX.

Erat autem difficillimus harum vocalium usus, tribus potissimum de causis: primum enim eædem literæ interdum fungebantur munere suo, idest, consonatium, interdum alieno, idest, vocalium, nec facile diiudicari poterat quando uno officio, quando altero fungerentur. Deinde cùm eadem litera diuersarum vocalium locum obtinere posset, vt iod, e, & i, vau, o, & u, quis facilè diuinaret, huius ne, an illius potius locũ obtineret? Accedebat postremò, quòd sæpè nulla harum quatuor literarum expreßè in vocibus Hebraicis habebatur, sed sua intelligenda erat. Itaque magis vsu loquentium, quàm præceptis ratio legendi, vel pronunciandi apud Hebreos olim conseruabatur: quod non obscurè indicat B. Hieronymus in Epist. 126 quæ est ad Euagrium.

Post

Posteriores Hebręi, tum ad minuendam difficultatem, tnm etiam ne paulatim scientia linguæ Hebraicæ penitus interiret quæ ipsi traditione maiorum, & vsu didicerant, ad artem reuocare conati sunt, certis quibusdam excogitatis punctis, quę vbique locum vocalium obtinerent.

APPENDIX.

Quamquam nõ est omnino exploratũ, quo primùm tempore eiusmodi puncta literis Hebraicis addita fuerint; atque adeo nonnulli contendũt Biblia ab ipso Moyse, aut certè ab alio quopiam præstanti diuinæ legis Doctore ante Chrsti aduentũ punctis fuisse, accentibusq; distincta: tamen probabilis est sententia Heliæ Leuitæ Germani, qui in Præfatione Massoreth affirmat, id factũ esse apud Tiberiadem Palestinæ anno 436. ab euersione templi, idest, anno salutis nostræ 476.

Sunt igitur puncta decem, quæ à Grãmaticis dicuntur נְקֻדּוֹת necuddot, vel תְּנוּעוֹת thenunghoth, pro lõgis vocalibus, quinque, & quinque pro breuibus: quorum characteres, potestatem, nomina, & significationes, subiecta tabella indicabit. Alia enim tria sũt præterea puncta breuissima, siue semi puncta, de quibus in sequenti capite.

Tabula punctorum vocalium.

Figu.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
ַ	*a longũ*	*Camets* קָמֶץ	*Dicitur a verbo* קָמַץ *Camats, qđ est colligere, quia collecto ore obscure pronunciatur, sono quodam medio inter a, & o.*

Dici-


Figu.	Poteſtas.	Nomen.	Significatio.
ַ	*a, breue*	*Patach* פַּתַח	*Dicitur a verbo* פַּתַח *Patach, quod eſt coarctare, quia aperto ore clariſſimè pronunciatur, planè vt a, Latinum.*
ֵ	*e, longū*	*Tſere* צֵירֵי	*A uerbo* צור *tſur, quod eſt coarctare: quia proferri debet obſcurè, ut e, Italicum in uocibus, pœna, & penna.*
ֶ	*e, breue*	*Segol* סֶגוֹל	*A nomine Chaldæo* סֶגּוּלָא *Segulla, quod botrum ſignificat, quia eius formam imitari*

 tari

Figu.	Poteſtas.	Nomen.	Significatio.
			tari uidetur: pro fertur autem cla rè, ut e, Latinū in uoce penna.
•	*i, longū*	*Chiric gadol* חִירִיק גרול	*Chiric magnum, a ſono, quē edit, nomen accepiſſe uidetur.*
ִ	*i, breue*	*Chiric Caton* חִירִיק. קָטוֹן	*Chiric paruum ſi militer a ſono no men accepit.*
וֹ	*o, longū*	*Cholem* חוֹלֶם	*A ſono, quem effi cit priore ſylla- ba, nomen habet.*
ֳ	*o, breue*	*Camets chatehp* קָמֵץ חָטֵף	*Camets raptum, nam* חָטַף *cha- thaph rapere ſi- gnificat.*

A ſono

Figu.	Poteſtas.	Nomen.	Significatio.
וּ	*u, longũ*	*Sciurec* שׁוּרֶק	*A ſono, quem edit priore ſyllaba; profertur autem, vt u, magnum Italicum, & Germanicũ.*
ֻ	*u, breue*	Kibbuts קִבּוּץ.	*A verbo* קִבֵּץ Ka*bats, quod eſt congregare; quia labijs collectis effertur, vt u, Gallicum.*



Quo pacto literæ cum punctis ſillabam efficiant, ſubiecta exempla docebunt.

ua ua ue ue ui ui uo uo uo uu uu

בֻ בוּ בֳ בֹ בוֹ בִ בִי בֶ בֵ בַ בָ

da da de de di di do do do du du

דֻ דוּ דֳ דֹ דוֹ דִ דִי דֶ דֵ דַ דָ

ha ha he he hi hi ho ho ho hu hu

הֻ הוּ הֳ הֹ הוֹ הִ הִי הֶ הֵ הַ הָ

OBSERVATIONES.

1 OMnia puncta ſubſcribuntur literis conſonantibus, exceptis chiric magno, cholem, & ſciurec, quę ad latus, vel ſupra ſcribi debent.

2 Cholem dupliciter notatur, vno modo cum litera vau, quę neque hìc, neque in ſciurec pronunciatur, vt infra

ſtra dicetur. Altero modo ſine vau, & tunc punctū notatur ſupra conſonantem, cum facit ſyllabam, nō in medio, ſed ad latus ſiniſtrum hoc modo בֹּ ר ה, vt diſtinguatur ab accentu reuiang, de quo infra dicemus.

APPENDIX.

Atque hinc fit, vt compendij cauſa vnū atque idem punctum dextrum literæ ש non tantum ſonet ſc, ſed etiam ſępè pro cholem proximè præcedentis literę ſumatur מֹשֶׁה, Moſce, Moyſes pro מֹשֶׁה, יֹשֵׁב pro יֹשֵׁב Ioſceu ſedens.

3 Camets chateph quod & camets chatuph, ſeu chateph camets appellatur, hoc eſt, camets raptum, ſæpiſſimè ſcribitur ſine illis duobus punctis à camets longa vocali. Vt ergo poſſit intelligi quando eiuſmodi punctum ſit camets, & quando camets chatuph, hæ

regulę

regulæ obſeruādæ ſunt. Prima, ſi nullum habeat accentum rethoricum, & mox ſequatur ſceua, aut daghes, nō eſt camets, ſed camets chatuph, vt חָכְמָה choçhma, non chachma, כָּלּוּ collu, finitæ ſunt, non callu. Accentus tamen rhetoricus ſępè intelligendus eſt, quāuis non exprimatur. Secunda, ſi ſequatur accentus maccaph, proximè non præcedat א, aut ה, illud eſt camets chatuph, vt כָּל אֶרֶץ, col erets, omnis terra, non cal erets.

APPENDIX.

Tertia in finibus verborum, ſiquidem accentus præcedat, eſt etiā camets chatuph, vt וַיָּקָם vaïjacom. et ſurrexit, nō vaïjacam.

APPENDIX.

Aliàs ſemper eſt camets. Porrò quid ſit accentus rhetoricus, quid ſceua, daghes, & maccaph, paulò infra ſuis locis dicetur: quia

tamen

tamen interdũ Euphoniæ causa excidit daghes ex litera, quæ proximè sequitur post camets chatuph, ita vt putari possit camets longũ id, quod re vera est camets chatuph; idcirco tunc, etiam in libris correctissimis, scribitur camets chatuph cum duobus punctis expreßè additis ad dexteram ipsius camets, hoc modo, ָ: .

4 Obserua in pronunciatione literarum cum suis punctis, priùs sonare, & audiri debere literam, quàm punctũ literæ subiectum: non enim dicimus בַ au, sed בַ: excipiuntur tamẽ duæ literæ gutturales ה, ע, quando in fine dictionis existentes sub se habẽt patach: tunc enim priùs proferri debet punctum, quàm litera. Itaque dicemus יְהוֹשֻׁעַ Iehosciuangh, non Iehosciũgha, מָשִׁיחַ Masciach, nõ Mascicha.

AP-

Huius exceptionis ratio est, quia eiusmodi patach non est de essentia illorum nominum, neque additur ad syllabas multiplicandas, sed solùm vt literæ illæ ex gutture pronunciari possint, siquidem integra nomina sunt, in exemplis allatis, יְהוֹשֻׁעַ מָשִׁיחַ : experientia autem docet non posse in his nominibus ex gutture pronunciari vltimas literas. Quod item accidit in omnibus similibus, vbi hæ literæ vltimum locum occupant, nisi prçcedat camets, aut patach. Quotiescunque igitur istas literas in fine dictionis existentes, non præcessit camets, aut patach; necessariò additur patach sub istis literis, vt ritè proferri possint; quod idcirco dici solet patach sufturatum, seu patach necessitatis.

V. Quod autem diximus de literis ח, & ע, habet etiam locũ in litera ה, quan

do punctum habet in ventre, vt patet in isto nomine אֱלֹהַּ, Deus; dicimus enim eloah, non eloha.

CAPVT TERTIVM
DE SEMIPVNCTIS.





Præter illa decẽ puncta, quæ locũ obtinent vocalium tùm longarum, tùm breuium, sunt alia tria puncta quæ breuissimarum vocalium vices gerant; nimirum sceua, chateph patach, & chateph segol de quibus ordine dicemus.

II. Sceua Hebræis שְׁוָא vel שְׁבָא constituitur ex duobus punctulis vno super aliud perpẽdiculariter posito, hoc modo,

do, : Quod quidem interdum quiescit, interdū sonat. Quando quiescit, nullum sonū exhibet auribus, neque syllabam constituit; sed potius trahit literam sibi impositam ad præcedentem, vt cum ea syllabam componat, vt cùm dicimus הָלַךְ halach ambulauit. Quando sonat, idem valet, quod, e, breuissimum, & syllabam constituit cum sua litera consonante more aliarum vocalium, vt cùm dicimus דְּבַר de uar verbum.

ADNOTATIO.

Et hinc fortasse nomen accepit: videtur enim שְׁבָא *dici à verbo* שוב*, quod est redire, quia literam suam ad præcedentem trahit, & quodam modo redire facit. Atque hinc fit, vt omnis litera in fine dictionis, exceptis quiescentibus, quæ sunt* אהוי*, si nullum habeat punctum, censeatur habere*

sceua,

sceua, licet non inueniatur expressum, nisi sub literis בגדכפת quando habent daghes lene, quod tùm demũ apparet, cùm aliquid additur, vt פָּקַדְתְּ visitauit פָּקַדְתְּ visitasti. Reperitur præterea sceua finale sub litera ךְ, licet non habeat daghes lene, atque in tribus alijs dictionibus, יֵשְׁתְּ declinet. Prouerb. 7. קֹשְׁטְ veritas. Prouerb. 22. וַיַּשְׁקְ potum dedit, Gen. 22.

3 Ad internoscendum autem quando sceua sonet, & quando quiescat, hę regulæ seruandæ sunt. Prima, sceua in initio dictionis semper pronunciatur, vt לְמוֹד lemod disce, non lmod. Secunda, in fine dictionis nunquã pronũciatur, vt וַיֵּשְׁתְּ vaijest, & bibit, & nõ vaijeste. Tertia, in medio dictionis pronunciatur solùm sub litera geminata, vt הַלְלוּ halelu laudate, non hallu; רִבְבוֹן riueuon, decem millia, non riuuon: sub

litera,

litera, quæ habet punctũ in ventre, vt לִמְּדוּ limmedu, docuerunt, nõ limmdu: post alterum sceua, vt יִלְמְדוּ ijlmedu, discent, non ijlmdu: denique post vocalem longam carentem accentu Grammatico, vt לָמְדָה lameda, didicit, non lamda. In לָ enim est accentus Rhetoricus.

PRIMA EXCEPTIO.

Quando duo sceuaim sunt in fine, vtrumque quiescit, etiam si primum sit post longã vocalem, & secundum sit post alterum sceua, vel sub litera habente punctum in ventre, vt יֵשְׁתְּ iest, bibet, non ieste, יֵבְךְּ ieuch, flebit, non ieuech. Quamquam id nonnulli negant, presertim si vltima litera sit affecta puncto daghes; tunc enim vltimum sceua pronunciandum putant, vt יֵשְׁתְּ iesthe.

SE-

SECVNDA EXCEPTIO.

Quando vocalis longa notata est accentu Grammatico, sceua sequens quiescit, vt לְמֹֽדְנָה *lemodna, discite, non lemodena, vel quando vocalis longa eo loco habetur pro breui, vt* וּ *u coniunctio cùm ponitur pro* וְ *ue, ne duo sceuaim concurrant initio: tunc enim sceua sequens quiescit, vt* וּנְרֽוֹמְמָה *vnromemah, & exaltemus, non vneromemah, vt infra in 4.par.c.2.fusiùs dicetur.*

APPENDIX.

Obseruandum verò est, ad perfectam pronunciationem semipuncti sceua, cùm post sceua sequitur litera gutturalis, ipsum sceua quorundam sententia, debere proferri ferè ad eum modum, quo profertur punctũ subiectum literæ gutturali, & si adsit accentus, qui dicitur gahaia, proferendum planè eo modo, quo profertur punctum literæ gutturalis: dicimus enim יִֽחְיֶה *tichi, viuet, non techi.*

Idem dicendum est de sceua præcedente iod sine chiric; vergit enim tunc sceua ad sonũ chiric, & si adsit gabaia, sonat planè vt chiric, vt בְּיַד bijad, in manu, non beiad. Quamquam alij probabilius fortasse aliter sentiunt; & semper sceua mobile, vt e, pronunciandum esse contendunt.

4 Hæc de sceua simplici: nunc de composito, siue de punctis raptis dicamus. Chateph patach est punctũ compositum ex sceua, & patach, hoc modo -: & sonat a breuissimũ. Chateph segol est punctum compositum ex sceua, & segol, hoc modo ∵: & sonat e breuissimum.

ADNOTATIONES.

1 *Vtrumque sceua compositũ prẹcipuè literis gutturalibus ע ח ה א pro sceua simplici subijcitur. & quidem frequentiùs chateph patach, quàm chateph segol.*

2 *Immo*

2 *Immo verò chateph patach sub alijs quoque literis pręter gutturales inuenitur interdum, vt בֵּרְכוּ beracu, benedixerunt גִלְלוּ ghillalu, reuoluerunt, צָלְלוּ, tsalalu, demersi sunt. Exod. 15.*

3 *Quatuor tamen causæ dicuntur, cur etiam sceua simplex gutturalibus subijci queat. Prima, si pręcedat accentus Grammaticus, שָׁלַחְנוּ scialachnu, misimus. Secunda, si præcedat chiric sub litera seruil. יִהְיֶה, ijhieh erit תִּחְיֶה tichieh, viues. Tertia, si sequitur daghes יַחְפֹּץ iachpots volet נֶאְדָּר nedar, magnificus. Quarta si sequatur litera capax solius daghes fortis, sed eo non affecta; vt מַעְיָן manghian fons יֶחְסַר iechsar deficiet. Sed hæc faciliùs vsu discuntur.*

CAPVT QVARTVM DE DAGHES, ET RAPHE.



Vperſunt adhuc alia duo puncta, quę etſi vocalium literarum munere nequaquam funguntur, ſuo modo tamen pronunciationem non parum iuuant. Ea ſunt דָּגֵשׁ Daghes, & רָפֶה Raphe.

Daghes eſt punctum in medio literæ impreſſum, cuius officium eſt vim quandam addere ipſi literæ. Eſt tamẽ duplex Daghes lene, & forte. Lene roborat literam: Forte duplicat. Exemplum lenis בֵּית beth, domus, non veth: Exemplum fortis דִּבֵּר dibber, locutus eſt non diber. Porrò Daghes forte inueniri poteſt in omnibus literis, exceptis gutturalibus אהחע, & ר.

AP-

APPENDIX.

1 *Quamquam etiam aliquando Aleph* א, *& Resc* ר, *sed rarissimè, daghes recipiunt, vide Genes. 43. 23. 1. Esdr. 8. 18. Leuit. 23. 17 Iob 33. 20. & 1. Reg. 1. 6. 1. Reg. 10. 24. 4. Reg. 6. 22 Prou. 10. 14. Prou. 15 1. Cant. 5. 2. Psal. 52. 5. Hierem. 39. 12. Habac. 3. 13. Ezech. 16. 4.*

2 *Ratio verò cur insigatur daghes forte in literis multiplex est. Primum insigitur ad supplendum defectum literæ Nun in coniugatione Niphngal, in defectiuis pe nun, in* נתן *nathan, in prepositione* מן *min. Secundò ad supplendum defectum litere geminatæ in verbis duplicantibus* ע *nghaijn, & ad supplendum defectum litere* ת *in verbis, que habent tertiam radicalem* ת, *& quando in hithpael* ת, *&* ט *conueniunt. Tertiò, ad ostendendum coniugationis grauitatem in Piel, Pual, & Hithpael. Quartò, post* ה

demonstratiuum, & ו versiuum, nisi sequatur litera sceuata. Quintò, sed rarò, solius Euphoniæ causa.

2 Daghes lene non reperitur nisi in sex literis, quæ duabus hisce vocibus continentur בְּגַד כְּפַת, quia tamen etiā hę literę daghes forte habere possunt: ideo vt sciamus, vtrum daghes in his literis infixum, sit forte, vel lene, hæc regula notanda est. Initio dictionis nunquam esse potest, nisi daghes lene, & similiter in medio, & fine post sceuà quiescēs. Itaque, in hac dictione תִּזְכּוֹר tizcor recordaberis, vtrūque daghes est lene: in hac verò דִּבַּרְתָּ dibbarta locutus es, primum est lene, secundum forte, tertium lene.

3 Raphe Hebraicè רָפֶה, idest lene, est virgula quædā literæ suprascripta hoc modo בֿ, quæ linea significat literam

esse

esse molliùs pronunciandam, quàm si haberet daghes. Itaque literę בגדכפת cum daghes leni pronunciãtur leniùs, vt latinæ literæ b, g, d, c, p, t. Si verò habeant raphe בֿגֿדֿכֿפֿתֿ pronunciantur asperius, בֿ vt u consonans, גֿ, vt gh, דֿ, vt dh, כֿ, vt ch, vt quorundam senten tia nihil a litera חֿ differre pronuncian do videatur, פֿ, vt ph, siue φ Græcorum, ת denique vt ϑ Græcorũ siue th.

4 In plerisque tamen libris raphe nõ exprimitur, sed semper subintelligitur, vbi nullum est daghes.

APPENDIX.

Quòd verò ad orthographiã attinet, ubi sit ponendum daghes, & vbi raphe, hæ regulæ seruandæ sunt.

1 *Initio dictionis semper est raphe, præterquam in literis* בגדכפת *; quæ daghes habent, nisi litera præcedens fuerit vna ex*

quiescentibus, quæ sunt אהוי, quamquam etiam his præcedentibus quattuor locis habent daghes. Primum si litera quiescens nõ quiescat eo loco, vt פּוּגָמֹל שפתי תפחה: deinde si habeat accentũ distinctiuum, vt לְבָנָה כּוֹכָב luna, stella. Tum si dictio, quæ incipit ab una ex literis בגד כפת begad chephath, sit monosyllaba, aut habeat accentũ in penultima, vt וְזָבַחְתָּ פֶּסַח sacrificasti Pascha. Postremò si maccaph coniungit ה dictionis monosyllabæ cum dictione incipiẽte ab vna ex literis בגד כפת, vt מַה·בֶּצַע quæ cupiditas? aut contra, si dictionem huiusmodi monosyllabã præcedat dictio desinens in ה cum maccaph, vt יְצַבֶּה-בִּי sperabit in me.

2. In medio, & fine dictionis post longam vocalẽ semper est raphe, nisi notetur accẽtu: tunc enim daghes esse potest, vt לָמָּה cur: ex quo apparet sciurec interdũ pro parua vocali haberi, cũ admittat post se daghes, vt חוּבָּה.

3 *In medio, & fine post vocalem breuem semper est daghes, aut sceua silens, nisi notetur accentu; nam in שֶׁבֶת habitare, illud ב propter accentum non habet daghes, aut nisi sit camets chateph, praesertim deductũ ex cholem, ut קָדָשִׁים.*

4 *In medio, & in fine post sceua mobile, & puncta rapta semper est raphe, preterquam in hac voce שְׁתֵּי שְׁתַּיִם duo.*

5 *In medio, & in fine post sceua quiescens semper est raphe, praeterquam in literis בגד כפת quae habent daghes lene; exceptis paucissimis, ut מַלְכוּת regina, עַבְדֵי serui, et similibus.*



CAPVT QVINTVM

DE LITERIS QVIESCENTIBVS, ET MAPPIC.



Vattuor literæ, quę hoc nomine cõtinẽtur אֶהֱוִי eheui, quieſcẽtes dicuntur, quia interdũ ꝓprio puncto vocali deſtitutæ, nullum ſonum auribus exhibent, ſed in præcedẽti puncto quieſcunt: cuius rei ratio eſt quòd, vt ſupra diximꝰ, ijs vtebantur olim Hebræi loco vocalium; nunc autem inuenta ſunt puncta, quæ earundum vocalium munere commodiùs funguntur. Itaque neceſſariò literę iſtæ poſt inuenta pũcta, interdũ ſonant, interdum quieſcunt: ſonant quãdo funguntur munere ſuo, ideſt conſonantium; quieſcunt quan-

do

do ſungi deberent munere alieno, id-eſt vocalium.

Explicemus de ſingulis ſeorſim. א quieſcit in medio, & in fine poſt omnes vocales longas, & interdum poſt ſegol, & patach, vt גֹּמֶא iuncus, & אֲדֹנָי & dominus.

ה Quieſcit ſolũ in fine poſt camets, tſere, cholem, longas vocales, & poſt ſegol, & patach, breues, vt פֶּה, os, מַה, quis!, poſt alias vocales longas non facilè reperitur litera ה, tamẽ ſi inueniretur, ſine dubio etiã in illis quieſceret.

EXCEPTIO DE MAPPIC.

Eſt autem obſeruandum, interdum ה in fine poſt longam vocalem non quieſcere. Ad quod ſignificandum ſcribitur tunc punctum quoddam in medio eius hoc modo הּ, vel ſub illa hoc modo הּ; quod quidem punctum non eſt daghes, quia non duplicat, nec roborat literam,

terã, sed est מַפִּיק mappic, id est eductor, quia educit sonum dum facit vt litera sonet, quæ alioquin quieuisset.

Solet verò mappic potissimum adhiberi in pronomine affixo generis feminini, vt בְּנָהּ, filius eius : præterea in nomine Dei אֱלוֹהַּ, & in quatuor verbis.

admirari, superbire, amare, splẽdere.

תָּמַהּ גָּבַהּ כָּמַהּ נָגַהּ

י Quiescit in medio, & in fine post tsere, segol, & chiric; aliàs sonat, vt i, consonans Porrò in fine post camets, patach, cholem, & sciurec coalescit cũ præcedente, vt vocalis in diphtongũ, vt אֲדֹנָי adonai, dominus, trisyllabum; דְּבָרַי deuarai, verba mea, similiter trisyllabum; גּוֹי goi monosyllabum, gens; בָּנוּי banui, ędificatus, duarũ syllabarũ. Interdum etiã recipit mappic, vt in dictione מַלְכֻיּוֹת regna, & רֵאשִׁיּוֹת principia.

ו Quiescit in medio, & in fine sub cholem & in sciurec; aliàs sonat, vt u, consonás, & in fine post camets, & patach tsere, & chiric, coalescit in diphtongum, etiamsi intercedat iod quiescens, vt דְּבָרָיו deuarau, verba eius, קָו cau, linea, שָׁלֵו saleu, quietus, פִּיו piu, os eius.


APPENDIX.


1 *Notandum verò est quiescentem literã necessariam esse ad longarum vocalium prolationem, & ideo semper eis vel actu, vel potestate adesse: idcirco enim in illa sententia* לֹא תַעֲשֶׂה לְךָ פֶסֶל *non facies tibi sculptile, illud* פ *non habet daghes lene, quia præcedit* ה, *virtute contentum in camets dictionis* לְךָ.

2 *Præter hæc puncta iam explicata, quæcumque aliæ lineolæ, notulæ, apices, quacumque forma, vel situ occurrant, accentus habendi*

bendi sunt, excepto signo, vel circulo כְּתִיב, *idest scriptionis; de quo in capite sequenti, appendice secunda.*

CAPVT SEXTVM
DE ACCENTIBVS.





Ccentus Hebręis triplex est, Rhetoricus, Grammaticus, Musicus: Rhetoricus retinet syllabam, vel cõiungit cum alia, ornatus gratia: Grammaticus attollit syllabã, vt accentus acutus Græcorum, & præterea distinguit orationẽ, vt apud Latinos pũcta, & virgulæ: Musicus designat tonum, quo syllaba cani debet.

2 Por-

2 Porrò rhetorici accentus quatuor ſunt. Primus dicitur Methegh, ideſt frenum, cuius officium eſt retinere ſyllabam, quam afficit, ne, lingua nimis celeriter pronunciando, hęreat, & ſcribitur ſub litera hoc modo בֽ. Secundus dicitur mazze, cuius idem eſt officiũ, & ſcribitur ſupra literam hoc modo בּ֜. Tertius dicitur Gahaia, & eſt retinaculum ſolius puncti ſceua; cum methegh & mazze alijs punctis adiungantur; ſcribitur autẽ ſic בְֽ. Quartus dicitur Maccaph, cuius officiũ eſt coniungere vnam dictionem cum alia, vt inſtar vnius vocis pronuncientur, & ſcribitur inter duas dictiones hoc modo כָּל-גּוֹי colgòi, omnis gens.

3 Grammatici accentus numerantur triginta & vnus, nimirum viginti reges, & vndecim miniſtri, qui omnes

acuunt

acuunt ſyllabā, quam afficiunt; & pręterea diſtinguunt orationem: quamquam, quod attinet ad diſtinctionem, ex tanto numero, ſolùm quattuor sūt propriè Grammatici; reliqui enim magis Muſicæ, quam Grammaticæ deſeruiunt.

4 Primus dicitur ſoph paſuch ſiue ſiluc, cuius officium eſt acuere ſyllabā́, & diſtinguere periodos: ſcribitur autem ſub litera hoc modo ב, ita vt figura non diſtinguatur a Methegh Facilè tamen vnum ab alio internoſces, ſi animaduertas è duobus accentibus in eadem dictione poſitis, priorem eſſe Rethoricum, poſteriorem Grammaticū: vel ſi vnus tantùm ſit, eum neceſſariò eſſe Grāmaticū: nulla enim eſt dictio ſine accentu Grammatico, niſi ea, quæ per maccaph cum alia iungitur.

5 Secundus eſt Athnach, qui, præterquam quod ſyllabā attollit more aliorum, diſtinguit medias periodos, ſeu membra orationis, & hoc modo ſub litera pingitur ב֑, hunc tamen vſum nō ſemper habet in libro Iob, Pſalterio, & Prouerbijs.

6 Tertius eſt Zakeph caton, qui & ſyllabam acuit, vt cæteri, & inciſa diſtinguit: ſcribitur vt ſceua, ſed hoc modo ſupra literam notatur ב֔.

7 Quartus eſt Reuia, qui minimis diſtinctionibus ſeruit, & hoc modo ſupra literam ſcribitur in medio ב֗, vel ad latus dextrū ב֗, vt differat a pūcto cholem. Cæterorum nomina, & figuras, quamuis ij negligi potuiſſent, hîc breuiter ſubijciemus, ne quid vel a curioſis deſideretur.

ACCENTVS REGII.

1	ב׃ סוף פסוק	11	בי לגרמי
2	ב אתנח	12	ב גרש
3	ב זקף קטון	13	ב גרשים
4	ב זקף גדול	14	ב יתיב
5	ב רביע	15	ב זרקא
6	ב תביר	16	ב פזר גדול
7	ב טרחא	17	ב פזר קטון
8	ב סגולא	18	ב קרני פרה
9	ב פשטא	19	ב שלשלת
0	בי פסיקי	20	ב תלשא גדולה

ACCENTVS MINISTRI.

1	ב מונח	6	ב מירכא פשוטה
2	ב עלוי	7	ב מירכא כפולה
3	ב מכרבל	8	ב קדמא
4	ב מהפך	9	ב תרסא
5	ב מאולא	10	ב דרגא
		11	ב ירח בן יומו

APPENDIX PRIMA.

Quod autem ad ſedem attinet accentuū, hæ regulæ tradi poſſunt. Accentus grammaticus in penultima ſyllaba collocatur.

1 *Primum quidem in omnibus nominibus, & verbis, quę habent ſegol in vltima, vt* בֶּגֶד *beged veſtis,* קֹדֶשׁ *Kodeſc ſanctus,* סֵפֶר *ſepher liber,* מָוֶת *maueth mors,* לֶכֶת *lecheth ambulare; et idem dicendum eſt de ijs, quæ habent patach in vltima loco ſegol, quando nimirū vltima, vel penultima eſt* ח*, vel* ע*, vt* דַּעַת *dangbath ſcientia,* פֶּסַח *peſach Paſcha. Hæc tamen regula locum non habet, quādo ultima thematis eſt* ה*, dicimus enim* מֹשֶׁה *Moſce Moſes,* בּוֹנֶה *bone ædificans, niſi fortè ſequatur dictio monoſyllaba, aut millel.*

2 *Deinde vero in omnibus nominibus, quę habent camets, vel patach ante iod mobile, ut* מִצְרַיִם *mitſraim Aegyptus,* בַּיִת *baith*

domus ; ad quam regulam pertinent omnia dual a.

3 In ijs nominibus, quę desinunt in iod prę cedente chiric, si punctum penultimum fuerit cholem, vel segol, ut קוֹשִׁי *Kosci duritia,* חוֹלִי *choli infirmitas,* שֶׁבִי *scieui captiuitas.*

4 In ijs, quæ terminantur in sciurec præce dente ה *, ut* בֹּהוּ *bouh uacuitas,* תֹּהוּ *touh desolatio,* פְּקָדָהוּ *pekadauh visitauit eum.*

5 In pręteriti secunda persona singularis numeri, masculini generis, & prima persona communis generis, utriusque numeri, vt לָמַדְתָּ *lamadta didicisti,* לָמַדְתִּי *lamadti didici,* לָמַדְנוּ *lamadnu didicimus: nisi fortè adsit vau versiuum : tunc enim aliquando accentus ponitur in vltima.*

6 In præteriti tertia persona plurali, quando propter pausam vertitur sceua in punctũ longum, vt לָמָדוּ *lamadu didicerunt, pro* לָמְדוּ *lamedu.* חָפֵצוּ *chaphètsu voluerunt, pro*

pro חִפְּצוּ *caphetſu*. יָכְוֹלוּ *iacbolu potuerunt*, *pro* יָכְלוּ *iachelu*. *Idem dicendum eſt de tertia ſingulari fœminini generis, vt* לָמֵדָה *la meda didicit, pro* לָמְדָה *lameda*.

7 *In preteriti tertia plurali, & tertia ſingulari fœminini generis, verborũ quieſcentium, vel duplicantium Aijn, vt* בָּנוּ *banu intellexerunt*, בָּנָה *bana intellexit*, סָבּוּ *ſabbu circuierunt*, סָבָּה *ſabba circuiuit*.

8 *In tertia præteriti, quando ſequitur dictio monoſyllaba, vel alia habens accentũ in prima ſyllaba, ut* בָּנָא עִיר *bana nghir ædificauit ciuitatem*, קָרָא לָיְלָה *Kara laiela vocauit noctem. Idem ſeruatur in participijs verborum quieſcentiũ lamed he, ut* בּוֹנֵה עִיר *bone nghir ædificans ciuitatem*.

9 *In ſecunda plurali generis fœminini imperatiui, & ſecunda, ac tertia plurali generis fœminini futuri, vt* לְמוֹדְנָה *lemodna diſcite* תִּלְמוֹדְנָה *tilmodna diſcetis, vel diſcent*.

10 *In coniugatione Hiphil, in tertia plurali, et tertia singulari fœminini generis, vt* הִפְקִידוּ *iphkidu prefecerunt* , הִפְקִידָה *iphkida prefecit.*


In reliquis omnibus tum nominibus, tum verbis, accentus grammaticus collocatur in vltima. Porrò vocabulum huiusmodi quod habeat accentum in vltima, vbi ferè sepissimè reperitur, vocari solet à Grammaticis Milrà; quod autem in penultima, dicitur Milel. Nulla tamen est vox, quæ grāmatico siue acuto accentu careat, vt supra dictum est, nisi quæ per Maccaph cum sequenti voce coniungitur.


APPENDIX SECVNDA
De Circulo o.

Circulus hic o *vocabulis interdum impositus, aliam diuersam lectionem indicat. Quę quidem lectio in plerisque Bibliorum exemplaribus in margine adscribitur, cum*

subie-

ſubiecta litera ק, *ideſt* קְרִי Keri *lectio, nam ita vox illa ad marginem appellatur. Quę autem eſt in ipſo contextu cum hoc circulo* o *vocatur* כְּתִיב *cethiu ſcriptio, quòd ſcilicet ita ibi ſcripta quidem ſit ea vox, non tamen ita legenda. Verumtamen* Keri, *hoc eſt vox in margine appoſita pronuncianda ijs punctis, quę puncta habet cethiu; hoc eſt vox textus. Exempli gratia, Gen. 24. ver. 4. cethiu in textu eſt* וְהַנַּעַרְ *vehannaghara; in margine uero* Keri והנערה *vehabbanghara. Ergo ad hoc ex illo cethiu transferenda ſunt puncta, vt legatur* וְהַנַּעֲרָה *vehabbanghara & puella. Hęc autem lectionum varietas adnotata eſt a Rabbinis in* מְסָרָה *meſara, vel* מְסֹרֶת *maſoreth. Ita enim ab ipſis huiuſmodi obſeruationum libri dicuntur.*





PARS SECVNDA, QVÆ EST DE NOMINE.



CAPVT PRIMVM

De ijs, quæ nomini generaliter accidunt.



Xplicuimus ea, quę pertinēt ad rationem legendi, & scribēdi verba Hebraica. Nunc de partibus orationis, quæ tres sunt apud Hebręos; Nomen שֵׁם scem, cum quo pronomen coniungunt; Verbum פֹּעַל ponghal, cui etiam participiū annectunt;

nectunt; & dictio מִלָּה milla, quæ prępositiones, coniunctiones, aduerbia, & interiectiones complectitur, suo ordine differemus.

1 Ac primùm de nomine in vniuersum dicendum est: deinde de singulis nominum formis, siue speciebus. Nomini in vniuersum accidunt quatuor, genus, numerus, casus, & regimen genitiui. Genera in Hebraicis nominibus tria sunt, masculinum, fœmininũ, & cõmune. Neutro carent Hebręi, sed pro eo fœmininum vsurpãt, vt B. Hieronymus annotauit in Commentario ad finem 7. cap. Ecclesiastæ: quod etiã interdum substantiuè videtur vsurpari, זאת zoth hoc, istud, pronomen fœmininum, טוֹבָה toua bonũ, & bonitas.

2 Masculina terminantur quouis modo, præterquam in ה, præcedente ca-

chimets, vel in ה, præcedente ſegol, chiric, vel ſciurec, vt דָּבָר dauar verbum, אִישׁ iſc vir. Excipiuntur numeri cardinales, de quibus ſuo loco.

3 Fœminina terminantur in ה, præcedente camets, & accentu in vltima, vt אִשָּׁה iſcia mulier, vel in ת, præceden te ſegol, & accentu in penultima, vt קֶשֶׁת cheſcieth arcus, vel præcedente chiric, aut ſciurec, & accentu in vltima, vt גָּפְרִית gophrith ſulphur, מַלְכוּת, malchuth regnum.

EXCEPTIO.

Sunt tamen pręter hæc nonnulla irregularia, quæ ſunt fœminina; & tamen non terminantur altero horum modorum, vt רוּחַ ruach ventus, אֶבֶן euen lapis: prætereа omnia nomina vrbium, & regionum; necnon membra, quæ natura ſunt gemina, ut עַיִן nghaijn oculus, אֹזֶן ozen auris, רֶגֶל

regel

regel pes, יָד manus, & cętera, quocunque terminentur modo fœminina sunt.

4 Communia terminantur quolibet modo, more maſculinorũ, & ferè ſunt huius generis nomina animalium, vt בָּקָר bakar bos, חֲזִיר chazir ſus, &c.

5 Numeri nominum Hebraicorum ſunt tres, ſingularis, pluralis, dualis. Singularis terminatur varijs modis, vt iam diximus. Pluralis in maſculinis fit à ſingulari addito ים, vt à דָּבָר dauar fit דְּבָרִים deuarim In fœmininis, quæ deſinunt in ה mutatur ipſum ה cum puncto camets in וֹת, vt à טוֹבָה toua bona, fit טוֹבוֹת touoth. In ijs, quæ deſinunt in ת præcedente ſegol, additur וֹת, vt à קֶשֶׁת Keſcieth arcus, ſit קְשָׁתוֹת Keſciathoth. In ijs, quæ deſinunt in ת præcedente chiric aut ſciurec, mutatur vltima ſyllaba in יוֹת, vt à גָּפְרִית gophrit ſulphur

phur fit גְּפְרִיּוֹ gophriot, à מַלְכוּת malchuth regnum fit מַלְכֻיוֹת malchuiot.

APPENDIX.

Obseruandum autem est interdum nomina, quę in singulari habent terminationem masculinam, in plurali habere fœmininam, & contra, ut אָב *au pater,* אָבוֹת *auot patres,* יוֹנָה *iona columba,* יוֹנִים *ionim columbæ.*

4 Dualis numerus pro vtroque genere non differt à plurali, nisi quod penultima litera in plurali est iod quiescens in chiric, vt אֲלָפִים alaphim multa millia: in duali autem est iod mobile sub se habens chiric, præcedente patach, vt אַלְפַּיִם alapaim duo millia. Sortiuntur autem dualem numerum ea solùm nomina, quæ natura sunt geminata vt עֵינַיִם nghenaijm, oculi, אָזְנַיִם oznaim aures, & horum similia.

AP-

APPENDIX.

Porrò ſunt quædam nomina, quæ ſolùm habent numerum ſingularem, vt צאן *tſon pecus,* זָהָב *zahau aurũ: quædã quæ ſolùm habent pluralem,* חַיִּים *chaijm vitæ,* בְּתוּלִים *bethulim virgines,* נְעוּרִים *nenghurim pueritiæ: quędam quæ ſolùm habent dualem, vt* מַיִם *maim aquę,* שָׁמַיִם *ſciamaim cęli,* רֵחַיִם *rechaim molæ.*

5 Caſus Hebræi nullos habent, ſed eos tamen interdum per articulos deſi gnant, qui ſunt hi. Genitiuus הַ ha, vel שֶׁל ſciel. Datiuus לְ le. Accuſatiuus אֶת eth. Vocatiuus הַ ha. Ablatiuus מִן min. Nominatiuus articulo caret: interdum tamen recipit etiam הַ ha demonſtratiuum. Exempli gratia, דָּבָר dauar verbum, הַדָּבָר haddauar, ſiue שֶׁל דָּבָר ſciel dauar verbi, לְדָבָר ledauar verbo, אֶת-דָּבָר eth dauar verbum, הַדָּבָר haddauar, ò

verbum

verbum, מִדְּבַר middauar, a verbo.

APPENDIX PRIMA.

Obseruandum autem est, nullum horum esse purum articulum; siquidem ה, est etiã aduerbium uocandi: ל, אֵת, & מִן sunt prę positiones, vt infra docebimus: שֶׁל ferè non est in vsu in diuinis literis, sed solùm apud Rabbinos.

APPENDIX SECVNDA.

Obseruandum est etiam ה, non solùm genitiuo, sed etiam cæteris omnibus casibus iungi posse: pari ratione ל, non solùm datiuo, sed etiam genitiuo, & accusatiuo interdum seruire: denique אֵת, non solùm accusatiuum, sed etiam nominatiuũ, datiuum, & ablatiuum aliquando designare.

Vide plura in fine Grammaticæ, vbi de dictionibus indeclinabilibus agitur.

5 Nomen absolutum vocant Hebręi, quando nullũ consequitur genitiuus, siue

ſiue ſit illud nomen ſolum, vt דבר da-
uar verbum, ſiue cum alia voce con-
iunctum, vt דבר ראו dauar rau verbum
uiderũt, דבר אבד dauar auad verbum pe
rijt. Nomen vero dicitur eſſe in regi-
mine, cum poſt ſe genitiuum regit, vt
דבר נביא deuar naui verbum prophe-
tæ, דברי נביאים diure neuijm verba pro
phetarum Hîc דבר deuar, & דברי diure
ſunt in regimine, adeoque regunt.
נביא naui autem, & נביאים neuijm geni-
tiui ſunt, quamuis articulo careant.

6 Regimen igitur genitiui in maſculi
nis numeri ſingularis, nõ mutat ferè ni
ſi pũcta longa in breuia, vt שר ſar prin
ceps, in regimine שר ארץ ſar erets
princeps terrę. In numero aũt plurali
aufert literã vltimã, & mutat chiric in
tſere, vt שרים ſarim principes, שרי ארץ
ſare erets principes terræ. In duali au-
fert


fert ſimiliter vltimam literam, & chiric: & mutat patach in tſere, vt עֵינַיִם nghenaijm oculi, in regimine עֵינֵי יוֹנִים nghene ionim oculi columbarum. At in nominibus fœmininis, quæ terminantur in ה præcedente camets mutatur ה in ת, & camets in patach, vt מַלְכָּה Malca Regina, מַלְכַּת מִצְרַיִם Malcath Mitſraim Regina Ægypti: quæ terminantur in ת, nihil mutant, & ſimiliter in plurali fœminina omnia nihil mutant.



CA-

CAPVT SECVNDVM

De varijs nominum formis, & de gradibus comparationis.





Omina apud Hebræos, vt etiam apud alias gentes, alia ſunt propria, alia appellatiua, in quibus nihil aliud notandum occurrit, quàm quòd propria nomina carent numero multitudinis, regimine genitiui, ה demonſtratiuo, & pronomine affixo, de quo infra cap. 4.

2 Item alia ſubſtantiua, alia adiectiua ſunt, quæ hoc ſolùm in hac lingua peculiare habent, quòd ab Hebræis dicitur nomen תֹּאַר toar, ideſt formale, ſiue adiectiuum omne illud, quod mouetur de maſculino in fœmininum per

E addi-

additionē literæ ה, vt מֶלֶךְ Melech rex, מַלְכַּת Malca Regina, טוֹב tou bonus, טוֹבָה toua bona: itaque multa vocant ipſi adiectiua, quę nos ſubſtantiua nominamus. Porrò fœminina a maſculinis in י recipere videntur interdum etiam ת, vt a maſculino עִבְרִי nghiuri Hebræus, עִבְרִיָּה nghiurija, & עִבְרִית nghiurit Hebræa. Quamquam in ת ferè aduerbialiter uſurpatur, ut יְהוּדִית Ieudith Iudaicè. Atque alia id genus.
3 Comparatiua, & Superlatiua nō habent: ſed circumloquuntur per duas particulas מִן min & מְאֹד meod, hoc modo טוֹבִים דֹדֶיךָ מִיָּיִן touim dodecha miiain, ideſt boni amores tui præ uino. Cant. 1. quod nos diceremus, meliores uino amores tui: וְהִנֵּה טוֹב מְאֹד veinne tou meod, ideſt & ecce bonum ualde. Gen. 1. quod nos diceremus, & ec-

ce erat optimum. Interdum etiam exprimunt comparatiuum particula יוֹתֵר iotther magis, ut חָזָק chazak fortis, יוֹתֵר חָזָק iother chasak magis fortis. Frequẽtius tamen litera ה, quæ propriè ſignificat A, vel ex, & ablatiuo inſeruit, ut ſupra dictum eſt.

Superlatiuus quoque, geminato poſitiuo nonnunquam ſignificatur, ut רַע רַע rangh rangh, malus malus, hoc eſt peſſimus.

4 Sunt alia nomina primitiua, alia deriuatiua. Primitiua dicuntur, quæ non deriuantur aliunde, ſed ex ipſis deriuantur alia: talia ſunt quæ ipſam radicem continent: vocatur autem radix illa dictio ſiue ſit verbum, ſiue nomẽ, quæ in dictionario maiuſculis literis notatur; quæque plerunque tribus tantùm literis conſtat, & ex qua per ali-

aliquam mutationem deducūtur multæ aliæ dictiones, quæ deriuatiuæ dicuntur, quòd à primitiua deriuentur, vt דֶגֶל daghel, ideſt vexillum, nomē eſt primitiuum; inde enim fit דָגַל daghal, ideſt erigere vexillum, דָגוּל dagul, ideſt inſignis, ſiue præclarus, נִדְגָלוֹת nidgillot, ideſt caſtra cum vexillis.

5 Alia perfecta dn̄r, alia imperfecta.

Perfecta tres literas radicales expreſſas habent ſiue illa primitiua ſint, vt אֹזֶן ozen auris: ſiue deriuatiua, vt דָבָר dauar verbum, ſiue etiam aliæ litere pręter radicales acceſſerint, vt קְטֹרֶת Ketoreth incenſum, תִּפְאֶרֶת tiphereth decor.

Imperfecta ſunt, quæ vel vnam radicalē ſupprimūt, מַטָּע mattangh planta a נָטַע natangh plantare, vel duas, vt מַתָּת mattath donum a נָתַן natan dare,

6 Alia

6 Alia denique ſimplicis, alia compoſitæ figuræ. Ex compoſitis quampluri ma ſunt propria, vt אבשלום Auſcialom Abſalō, ex אב au pater, & שלום ſcialom pax, עמנואל Nghimmanuel Emmanuel ex עמנו nghimmanu nobiſcum, & אל el Deus.

Appellatiua compoſita pauca ſunt, vt צלמות tſalmaueth umbra mortis, è צל tſel umbra, & מות maueth mors, חלכאים chelechaim turba, uel exercitus pauperum, ſeu afflictorum, ex חיל chail exercitus, & inuſitato כאים Kaim a uerbo, כאה kaa dolere.

APPENDIX.

Deriuatiua, quę deſcendunt a radice, ſiue primaria illa dictione poßunt fieri quatuor modis. Primùm per additionem. Secundò, per detractionem. Tertiò, per vtrumque ſimul. Quartò, ſine additione, vel de-

tractione, per solam mutationem punctorũ. De singulis modis seorsum, & ordine explicemus. Per additionem formantur nomina deriuatiua, cùm ad radicem additur vna ex his literis, הֶאֱמַנְתִּי heemanti, quę nomina propterea dicuntur Heemantica. Et quidem ה, format nomina, quãdo additur in fine; si tamẽ accentus ponatur in penultima, ut לַיְלָה laila nox. Si enim accẽtus ponatur in ultima, tunc litera ה, nõ est formatiua nominis, sed signũ generis fœminini, vt צְדָקָה tsedaka, etiam in imperfectis nominibus, ut הַצָּלָה hatsla defensio, à radice נצל natsal, euasit. Addunt quidam ה, formatiuum interdũ præponi, ut in voce הַשְׁמָעוּת ascmanghuth auditus, sed fortasse falluntur: illud enim ה, demonstratiuum esse videtur. Vide infra par. 4. cap. 2. de literis seru. litera ה. Potest etiam esse paragogicum in fine, vt infra dicetur par. 3. cap. 7.

א, For-

א, *Format nomina quando prǫponitur, & sub se habet patach, aut segol, ut* אֶצְבַּע *etsbangh digitus,* אַשְׁמוּרָה *ascmura custodia. Vix in Hebraica lingua dictionẽ claudit,* חָגָּא *chogga pauor, Esa. 19. In Chaldaica sæpissimè* כֵּיפָא *Cepha Petrus,* מַלְכָּא *Malcha Rex,* עַבְדָּא *nhgauda seruus.*

מ, *Præponitur, & sub se chiric, aut patach, aut segol requirit, ut* מִזְמוֹר *Mizmor Psalmus,* מַאֲכָל *maachol cibus,* מֶרְכָּב *mercau ephippium, stratum: interdum sed rarò postponitur, ut* שִׁלְשׁוֹם *scilsciom nudius tertius.*

נ, *Præponitur cum format nomina propria, ut* נִמְרוֹד *nimrod,* נַפְתָּלִי *naphthali: postponitur autem cùm format cætera, & interdum est simul nota diminutionis, ut* שַׁבָּתוֹן *sciabbathon sabbatulum,* אִישׁוֹן *iscíun paruus vir. Sic autem dicitur pupilla.*

ת, *Preponitur interdum, & sub se habet chiric, aut patach, vt* תִּדְהָר *thidhar cedrus,* תַּלְמִיד *talmid discipulus; sæpius postponitur, vt* גָּפְרִית *gophrith sulphur;* מַלְכוּת *malchuth regnum: interdum præponitur, & postponitur, vt* תִּפְאֶרֶת *thipheret gloria; interdum etiam habet sceua, vt* תְּהִלָּה *tehilla laus.*

י, *Sæpè præponitur cùm format nomina propria, vt* יַעֲקוֹב *Ianghakou Iacob,* יִצְחָק *Itschak Isaac; & hinc apparet nomen illud* יְהוָה *iehoua esse proprium nomen Dei: rarò enim appellatiuis præponitur, vt* יַלְקוּט *ialkut pera, sacculus,* יַנְשׁוּף *iansciuph vlula,* יִצְהָר *itsear oleum: postponitur autem potissimum cùm format nomina gentilia, vel patronymica, vel numeralia ordinalia, vt* עִבְרִי *Nghiuri Hebræus,* יְוָנִי *Ieuani Græcus,* רוֹמִיִּי *Romij Romanus,* אִיטַלְקִי *Italki Italus (Rabbinorum vox à Latinis desumpta)* סְפָרְדִי

Sepha-

Sepharadi Hispanus, אַשְׁכְּנַזִי Asccenazi Germanus; צָרְפָתִי Ttsarpati Gallus. Sic מְשִׁיחִי Mescichi Christus à מָשִׁיחַ Masciach Christus; quamquam à Iudæis Christum Dominum perfidè negantibus Christianus ferè appellatur נוֹצְרִי Notseri Nazarenus à ciuitate Galileæ נְצֶרֶת Natserath שֵׁנִי scieni secundus, שְׁלִישִׁי scelisci tertius.

Per detractionem formantur nomina ab illis radicibus, quarũ prima litera est Nun, vel Iod, vt שִׂיא si, sublimitas, à verbo נָשָׂא nasa leuare, & צֵא tse sordes, à verbo יָצָא iatsa exiuit Item ab illis, quarum secunda litera est vau, vt גֵּר gher peregrinus, à גּוּר ghur peregrinari, צָר tsar hostis, à צוּר tsur obsidere. Item ab illis, quarum tertia est ה, vt בֵּן ben filius, à בָּנָה bana ædificare, אָב au pater, ab אָבָה aua voluit; denique ab illis, quarum secunda, & tertia sunt similes, vt חֵץ chets sagitta, à חָצַץ chatsats sagittare,

tare, עוז ngboz fortitudo, à עָזַז nghazaz fortificare.

Per additionem, & detractionem simul formantur illa nomina, quę deriuantur a radicibus proximè notatis, & simul asciscunt unam ex literis heemanticis, idèst ex illis sex האמנתי heemanti. Quę enim fiũt à radice, cuius prima litera est nun, asciscunt plerunque mem in principio cum patach, ut מַטָע matangh plantatio, à verbo נָטַע natangh plantare, & quæ fiunt à radice, cuius prima litera est iod, asciscunt mem, vel tau in principio, cum cholem, vt מוֹשָב mosciau cathedra, à verbo יָשַב iasciau sedere, תוֹדָה toda confessio, à יָדָה iada confiteri.

Quæ fiunt à radice, cuius secunda litera est vau, asciscunt mem in principio cum camets, ut מָקוֹם makom locus, à verbo קום Kum surgere; asciscunt etiam & alias literas, ut tau initio vel in fine; ה, & ן, in fine:

fine ; ſed hæc omnia vſus melius docebit.


Quæ fiunt a radice, cuius tertia eſt he, aſciſcunt ferè mem in capite cum patach, aut chiric, vt מַרְאֶה *mare viſio, à* רָאָה *raa videre,* מִקְנֶה *mikne poſſeſſio, à* קָנָה *Kana poſſidere.*

Quæ denique fiunt a radice, cuius ſecunda, & tertia ſunt ſimiles, aſciſcunt initio mem cum camets, aut tſere, vt מָסָךְ *maſach aulæum, à* סָכַךְ *ſacac tegere,* מֵסֵב *meſeu circuitus, à* סָבַב *ſauau circuire.*

Per ſolam mutationem punctorum, quę deriuantur nomina à ſuis radicibus, facillima ſunt, vt מֶלֶךְ *Melec Rex,* מָלַךְ *malac regnare,* דֶּרֶךְ *derec via,* דָּרַךְ *tendere; ſiquidem æquè citò reperiuntur, atque ipſę radices.*

CAPVT TERTIVM

De nominibus numeralibus.





NOmina numeralia cardinalia tria quædã apud Hebræos habent propria: Vnum, quòd masculina a tribus ad decem habent terminationem fœmininorum, & contrà fœminina maſculinorũ paucis exceptis. Alterum, quòd nomina iſta numeralia numeri ſingularis iungũtur ſubſtãtiuis numeri pluralis, & contrà: dicimus em̃ חָמֵשׁ שָׁנִים camesc ſcianim quinque anni חֲמִשִּׁים שָׁנָה chamiſcim ſciana quinquaginta annꝰ. Tertium, quòd numeri minores præponuntur maioribus, in compoſitione præcipuè, vt perſpicuum eſt ex illis

verbis

verbis Gen. 5. Et vixit Seth poſtquam genuit Enos שֶׁבַע שָׁנִים וּשְׁמֹנֶה מֵאוֹת שָׁנַת ſcieuangh ſcianim vſciemone meoth ſciana ſeptẽ annos & octingentos annos. Porrò ad maiorem commoditatem ſtudioſorũ tabulam omnium numerorum ſubijciemus.

NVMERI CARDINALES.

Generis fœmin. *Regim. Abſolut.*	Generis maſcul. *Regim. Abſolut.*	
אַחַת אַחַת	אַחַד אֶחָד	*Vnus*
שְׁתֵּי שְׁתַּיִם	שְׁנֵי שְׁנַיִם	*Duo*
שְׁלֹשׁ שָׁלֹשׁ	שְׁלֹשֶׁת שְׁלֹשָׁה	*Tres*
אַרְבַּע אַרְבַּע	אַרְבַּעַת אַרְבָּעָה	*Quatuor*
חֲמֵשׁ חָמֵשׁ	חֲמֵשֶׁת חֲמִשָּׁה	*Quinque*
שֵׁשׁ שֵׁשׁ	שֵׁשֶׁת שִׁשָּׁה	*Sex*
שְׁבַע שֶׁבַע	שִׁבְעַת שִׁבְעָה	*Septem*
שְׁמֹנֶת שְׁמֹנֶה	שְׁמוֹנַת שְׁמוֹנָה	*Octo*
תְּשַׁע תֵּשַׁע	תִּשְׁעַת תִּשְׁעָה	*Nouem*
		Decem

Decem	עֲשָׂה עֲשֶׂרֶת	עֶשֶׂר עֶשֶׂר
Vndecim	אַחַר עָשָׂר	אַחַת עֶשְׂרֵה
Duodecim	שְׁנֵים עָשָׂר	שְׁתֵּים עֶשְׂרֵת
Tredecim	שְׁלֹשָׁה עָשָׂר	שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה
Quatuordecim	אַרְבָּעָה עָשָׂר	אַעְכַּעַת רֶשְׂרֵה
Quindecim	חֲמִשָּׁה עָשָׂר	חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה
Sexdecim	שִׁשָּׁה עָשָׂר	שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה
Septemdecim	שִׁבְעָה עָשָׂר	שְׁבַע עֶשְׂרֵה
Octodecim	שְׁמוֹנָה עָשָׂר	שְׁמוֹנַת עֶשְׂרַת
Nouemdecim	תִּשְׁעָה עָשָׂר	תְּשַׁע עֶשְׂרֵה

SCHOLIA.

Duo illi שְׁתַּיִם שְׁנַיִם *scietaim, scienaim compositi cum alijs numeris mutant secundum, ac tertium punctum in vnum tsere,* שְׁתֵּים שְׁנֵים *scietem scienem; cum alijs nominibus aut perdunt* ם *vt* שְׁנֵי אֲנָשִׁים *sciene anascim duo viri, aut nihil mutant, ut* שְׁנַיִם אֲנָשִׁים *scienaim anascim.*

Dein-

Deinceps communis sunt generis vſque in infinitum.

Quinquaginta	*Quadraginta*	*Triginta*	*Viginti*
חֲמִשִּׁים	אַרְבָּעִים	שְׁלשִׁים	עֶשְׂרִים
Nonaginta	*Octoginta*	*Septuaginta*	*Sexaginta*
תִּשְׁעִים	שְׁמוֹנִים	שִׁבְעִים	שִׁשִּׁים

Bis mille	*Mille*	*Pluries centum*	*Bis centum*	*Centum*
אַלְפַּיִם	אֶלֶף	מֵאוֹת	מָאתַיִם	מֵאָה

Bis decem millia	*Decem millia*	*Pluries mille*
רִבּוֹתַיִם	רְבָבָה רִבּוֹא	אֲלָפִים

Pluries decem millia.

רְבָבֹת vel רִבְבוֹת:



Nume rus

Numerus ordinalis.

Generis fœminini.		Generis maſculini.	
Secunda	*Prima*	*Secundus*	*Primus*
שְׁנִית	רִאשׁוֹנָה	שֵׁנִי	רִאשׁוֹן
Quaria	*Tertia*	*Quartus*	*Tertius*
רְבִיעִית	שְׁלִישִׁית	רְבִיעִי	שְׁלִישִׁי
Sexta	*Quinta*	*Sextus*	*Quintus*
שִׁשִּׁית	חֲמִישִׁית	שִׁשִּׁי	חֲמִישִׁי
Octaua	*Septima*	*Octauus*	*Septimus*
שְׁמִינִית	שְׁבִיעִית	שְׁמִינִי	שְׁבִיעִי
Decima	*Nona*	*Decimus*	*Nonus*
עֲשִׂירִית:	תְּשִׁיעִית	עֲשִׂירִי	תְּשִׁיעִי

Deinceps vtuntur Hebræi ſolo numero cardinali.



CAPVT QVARTVM

De Pronomine.




Vatuor ſunt Hebræis Pronomina, Primitiuum, Deriuatiuum, ſeu Poſſeſſiuum, Demonſtratiuum, & Relatiuum.


INFLEXIO PRONOMINIS Primitiui ſingularis.

Nom. ſing.	*Genitiuus*	*Datiuus*	*Accuſatiuus*	*Ablatiuus*
ego cō. gen. אֲנִי	*mei com. g.* שֶׁלִּי	*mihi cō ge.* לִי	*me com. ge.* אוֹתִי	*à me cò. g.* מִמֶּנִּי
tu maſ. ge. אַתָּה	*tui maſ ge.* שֶׁלְּךָ	*tibi maſ. g.* לְךָ	*te maſc ge.* אוֹתְךָ	*à te m. ge.* מִמְּךָ
tu fœm ge. אַתְּ	*tui fœm ge* שֶׁלָּךְ	*tibi fœm. g* לָךְ	*te fœm. ge.* אוֹתָךְ	*à te fœ g.* מִמֵּךְ
ille maſ. ge. הוּא	*illius m. g* שֶׁלּוֹ	*illi maſc g.* לוֹ	*illum m ge.* אוֹתוֹ	*ab illo. m. g* מִמֶּנּוּ
illa fœm. g. הִיא	*illius fœ g* שֶׁלָּהּ	*illi fœm. g.* לָהּ	*illam fœ g.* אוֹתָהּ	*ab illa f g.* מִמֶּנָּה

INFLEXIO PRONOMINIS
Primitiui pluralis.



Nominatiuus plur.	*Genitiuus*	*Datiuus.*	*Accusatiuus.*	*Ablatiuus.*
nos cōmu generis.	*nostrū cō. generis.*	*nobis com. generis.*	*nos cōmu. generis.*	*à nobis cō. generis.*
אֲנַחְנוּ	שֶׁלָּנוּ	לָנוּ	אוֹתָנוּ	מִמֶּנּוּ
vos masc. generis.	*vestrū m. generis.*	*vobis mas. generis.*	*vos mascu. generis.*	*à vobis m. generis.*
אַתֶּם	שֶׁלָּכֶם	לָכֶם	אֶתְכֶם	מִמְּכֶם
vos fœmi. generis.	*vestrū fœ. generis.*	*vobis fœ. generis.*	*vos fœmi. generis.*	*à vobis fœ. generis.*
אַתֶּן	שֶׁלָּכֶן	לָכֶן	אֶתְכֶן	מִמְּכֶן
illi masc. generis.	*illorum m. generis.*	*illis masc. generis.*	*illos masc generis.*	*ab illis m. generis.*
הֵם	שֶׁלָּהֶם	לָהֶם	אוֹתָם	מֵהֶם
illæ fœmi. generis.	*illarū fœ. generis.*	*illis fœmi. generis.*	*illas fœm generis.*	*ab illis fœ. generis.*
הֵן	שֶׁלָּהֶן	לָהֶן	אוֹתָן	מֵהֶן



2 Eſt autem hoc loco obſeruandum, Pronomen ipſum integrum eſſe illud, quod habetur in nominatiuo, quo etiam vtimur pro vocatiuo. Pro caſibus reliquis fit quædã compoſitio ex articulis, & vltimis literis pronominis vt ex præmiſſa tabella intelligi poteſt.

3 Iam vero Pronomen Poſſeſſiuum fit ex vltimis literis Pronominis Primitiui, adiunctis cuicunque nomini, eo modo, quo adiunguntur, articulis: quæ propterea à Grammaticis dicuntur affixa הַכִּנּוּיִם accinnuim. In quibus quoque, vt in primitiuis prima perſona ſemper eſt communis.

APPENDIX.

1 *Quamquam caſus huiuſmodi, qui per ש formantur, genitiui propriè non videntur: ſed periphraſes ad poſſeſſionem ſignificandam: quæ tamen per affixa, ſeu poſſeſſiua*


pronomina, de quibus in sequenti tabella, frequentius exprimuntur. Nam יָדִי *iadi dicimus potius, Manus mea, quàm* יָד שֶׁלִּי *iad scielli manus, quæ mihi.*

2 *Vocatiuus in pronominibus primæ, & secundæ personę non reperitur, in secunda semper est idem ac nominatiuus.*

3 *Vsurpantur interdum quidam huius pronominis primitiui casus alijs literis, punctisve insigniti. Nam in prima persona legimus quoque* אֲנִי *ani, &* אָנֹכִי *anochi ego. Posterius modo Milra, modo Milel. Item in ablatiuo* מֶנִּי *menni, et* מִנִּי *minni a me. In plurali* נַחְנוּ *nachnu nos, pro quo* אָנוּ *anu quibusdam non placet. In secunda persona masculina* אַתָּה *atta, vel* אָתָה *atha tu. Vtrumque milel. In datiuo, qui habet soph pasuc dicimus* לָךְ *lac, atque ita differt à fœminino. Preterea recipit* לְכָה *lecha tibi, vt eiusdem accusatiuus* אוֹתְכָה *othecha te,*

pro

pro quo interdum אוֹתָךְ *othac. In ablatiuo plurali* מִכֶּם *micchem. In fœminino* מִכֶּן *micchen a vobis. In nominatiuo plurali generis fœminini eiusdē persone,* אַתֵּנָה *attena vos, & in datiuo* לָכֵנָה *lachena pro* לָכֶן *lachen vobis. In tertiæ personæ ablatiuo masculino inuenitur etiam* מִנֵּהוּ *minnehu, &* מִנְהוּ *minhu ab eo. In plurali* הֵמָּה *hemma illi, et* הֵנָּה *hecca illæ. In datiuo generis masculini* לָמוֹ *lamo, et* לָהֵנָּה *laehnna illis. In ablatiuo item masculino* מֵהֵמָּה *mehemma, & fœminino* מֵהֵנָּה *mehenna ab illis.*



Paradigma Maſculinum Pronominis Poſſeſſiui.

Primæ perſonæ com. generis.	*Secũdæ perſonæ maſc. generis.*	*Secũdæ perſonæ fœminini gen.*	*Tertiæ perſonæ maſc. generis.*	*Tertiæ perſonæ fœminini gen.*
verbum meum. דְּבָרִי	*verbum tuum.* דְּבָרְךָ	*verbum tuum.* דְּבָרֵךְ	*verbum eius.* דְּבָרוֹ	*verbum eius.* דְּבָרָהּ
verbum noſtrum דְּבָרֵנוּ	*verbum veſtrum.* דְּבַרְכֶם	*verbum veſtrum.* דְּבַרְכֶן	*verbum eorum.* דְּבָרָם	*verbum earum.* דְּבָרָן
verba mea דְּבָרַי	*verba tua.* דְּבָרֶיךָ	*verba tua.* דְּבָרַיִךְ	*verba eius* דְּבָרָיו	*verba eius* דְּבָרֶיהָ
verba noſtra. דְּבָרֵינוּ	*verba veſtra.* דִּבְרֵיכֶם	*verba veſtra.* דִּבְרֵיכֶן	*verba eorum.* דִּבְרֵיהֶם	*verba earum.* דִּבְרֵיהֶן

PARA-

Paradigma Fœmininum Pronominis Possessiui singulare תּוֹרָה lex.

Prima persona com. generis.	*Secũda persona masc. generis.*	*Secũda persona fœminini gen.*	*Tertia persona masc. generis.*	*Tertia persona fœminini gen.*
lex mea. תּוֹרָתִי	*lex tua.* תּוֹרָתְךָ	*lex tua.* תּוֹרָתֵךְ	*lex eius.* תּוֹרָתוֹ	*lex eius.* תּוֹרָתָהּ
lex nostra. תּוֹרָתֵנוּ	*lex vestra.* תּוֹרַתְכֶם	*lex vestra.* תּוֹרַתְכֶן	*lex eorum.* תּוֹרָתָם	*lex earum.* תּוֹרָתָן

Plurale תּוֹרוֹת leges.

Cõmunis.	*Masculini*	*Fœminini*	*Masculini*	*Fœminini*
leges meæ. תּוֹרוֹתַי	*leges tuæ.* תּוֹרוֹתֶיךָ	*leges tuæ.* תּוֹרוֹתַיִךְ	*leges eius.* תּוֹרוֹתָיו	*leges eius.* תּוֹרוֹתֶיהָ
leges nost. תּוֹרוֹתֵינוּ	*leges vest.* תּוֹרוֹתֵיכֶם	*leges vest.* תּוֹרוֹתֵיכֶן	*leges eorũ.* תּוֹרוֹתֵיהֶם	*leges earũ.* תּוֹרוֹתֵיהֶן

ADMONITIO.

In his duobus Paradigmatis describendis, & ediscendis, huius linguæ studiosus initio se diligenter exercebit, vt rationem punctorum, significationem, & naturam affixorum perdiscat: quę in omnibus orationis partibus latissimè patent.

DEMONSTRATIVVM.

4 Demonstratiuū pronomen numeri singularis masculini generis est, זֶה ze hic, iste: fœminini gen. זו zo, זה zoh, זאת zoth hæc, ista; cōmunis generis, זו zu hic, & hæc. In numero autem plurali vtriusque generis אֵל el, & אֵלֶּה ele isti & istæ.

RELATIVVM.

5 Relatiuum pronomen extra interrogationē, est אֲשֶׁר ascier, vtriusque generis & numeri: significat enim qui, quæ, quos, quas, cuius, cui, quorum, qua-

quarum, quibus, &c. & loco huius ſæpe ponitur ſola litera שֶׁ, vt infra dicetur ſuſius 4. par. cap. 2. num. 8.

INTERROGATIVVM.

6 Interrogatiua ſunt מֶה מַה מָה מִי me, ma, ma mi; quorum primum dicitur ſolùm de homine, vt מִי אַתָּה בְּנִי mi atta beni, quis tu fili mi? Gen. 17. Reliqua tria dicuntur de omnibus rebus excepto homine, vt מֶה מִשְׁפַּט הָאִישׁ me miſcpat haiſc quod iudicium, ſiue quis habitus illius viri? 2. Reg. 1.

7 Eſt autem obſeruandum, quando poſt מִי mi, vel מַה ma, ſequitur aliud relatiuũ, tunc ipſum מִי mi, vel מַה ma, nõ ſonare quis vel quid; ſed is, vel id, vt מַה שֶּׁהָיָה mi ſciehaia id qđ fuit. Ecclеſ. 1.

APPENDIX.

1 *Demonſtratiua, Relatiuum, & Interrogatiua, Articulos, more Nominũ admittunt.*

לָזֶה

לָזֶה *laze huic*, אֶת זֶה *eth ze hunc*, מִזֶּה *mizè ab hoc. Atque ita tria fœminina singularia* לְאֵלֶּה *leelle his*, אֶת-אֵלֶּה *eth ele hos, has*, מֵאֵלֶּה *meelle ab his. Sic* לַאֲשֶׁר *laascier cui, quibus*, אֶת-אֲשֶׁר *eth ascier quem, quam, quos, quas, quod, quę*. מֵאֲשֶׁר *meascier à quo à qua, à quibus. Sic* לְמִי *lemi cuius? cui? quorum? quarum? quibus?* אֶת-מִי *eth mi quem? quam? quos? quas?* מִמִּי *mimmi à quo? à qua? à quibus? Eodemq́; modo cætera interrogatiua.*

2, Quando post מַה מִי *mi, ma, etc. sequitur relatiuum* אֲשֶׁר *ascier, vel* שֶׁ *scie, illud* מִי *mi, vel* מַה *ma, non censetur esse interrogatiuum, sed relatiuum; vt Eccles. 1.* מַה שֶּׁהָיָה *ma sciehaia id quod fuit. Quamquam hoc quoque vulgatus Interpres vertit, Quid est quod fuit? & Septuaginta* τί τὸ γεγονός:

3 Et si reciprocis Hebræi carere videntur; eorum tamen loco vtuntur affixis tertiæ per-

personæ in verbis, nominibus, & alijs orationis partibus, quæ affixa recipiunt. In cæteris integra pronomina eiusdē personæ adhibent. Ergo דְּבָרוֹ *deuaro explicabitur verbum eius, & verbum suum.* שְׁמָרוֹ *sciemaro, vel* שָׁמַר אוֹתוֹ *sciamar otho custodiuit eum, vel custodiuit se.* עָלָיו *nghalau super eum, & super se. Porrò ex orationis contextu vtra significatio sit vsurpanda, facile intelligetur.*

APPENDIX DE MVTATIONE punctorum in nominibus.

1 *Quinque sunt causæ, cur aliquando puncta vocalia mutentur in nominibus. Prima est accentus. Secunda, regimen genitiui. Tertia, numerus multitudinis. Quarta, genus fœmininum. Quinta coniunctio cum pronomine possessiuo, quod & affixum dici solet.*

2 *Accentus duobus modis puncta mutare solet: nam accentus distinguentes, nimirum*

Siluc,

Siluc, Athnach, Zakeph caton, & Reuia, frequenter mutant vocales breues in longas, vt ־ & ׃ in ־, & ׃ ac ׳ in ־, vel ־, ׳ in ו, ׳׳ in ו. Hinc propter huiusmodi accentus sępè legimus שָׁמֶשׁ sciamesc, sol, pro שֶׁמֶשׁ sciemesc. אָרֶץ arets terra pro אֶרֶץ erets. יִשְׂמָחוּ ismachu lętabuntur, pro יִשְׂמְחוּ ismechu. חָפֵצוּ chaphetsu volent, pro חָפְצוּ chaphtsu, & similia; contrà verò accentus, qui dicitur maccaph, plerumque vocales longas mutat in breues: hinc מָה ma ante maccaph vertitur in מַה ma, & כֹּל col vertitur in כָּל־ col, & sic de cęteris.

3 *Alię quatuor causæ non mutant omnia puncta, sed solùm quatuor, videlicet ־ ׳ ׳ ו de quorũ mutatione antequam explicemus, obseruanda sunt duo: vnum est, præter illa quatuor puncta, etiam sceua interdũ mutari; sed ideo non numerari inter puncta mutabilia, quòd nec sit punctum propriè,*

sed

ſed ſemipunctum; nec mutetur ob illas cauſas, ob quas mutantur alia puncta, ſed ſolùm ne duo ſceuaim initio concurrant, vt vtrumque videatur legendum: tunc enim primum ſceua vertitur in chiric, vt verbi gratia dicimus לִלְמוֹד lilmod ad diſcendum, pro לְלְמוֹד lelmod: ſi autem primum ſceua ſit compoſitum, ut ſub gutturalibus ferè contingit, aufertur ſolùm ipſum ſceua, & remanet purum patach, aut purum ſegol, vt pro עֲנָוֵי nghanua, dicimus עַנְוֵי nghanue manſueti, et pro עֱגְלוֹ nghegло, dicimus עֶגְלוֹ nghеglo vitulus eius. Alterum eſt, quod obſeruari volumus, nomina omnia aut eſſe monoſyllaba, aut diſſyllaba, aut polyſyllaba; ſed tamen eandem eſſe rationem hoc loco diſſyllaborum, & polyſyllaborum: in polyſyllabis enim non mutantur niſi duo vltima puncta, prioribus immotis permanentibus, niſi fortè ſceua mutandum ſit in chiric, ne duo

ſceuaim

sceuaim simul legantur, vt in nominibus fœmininis plerumque accidit: dicemus ergo ordine, qua ratione mutẽtur singula puncta, tam in monosyllabis, quàm in vltima, & penultima polysyllaborum.

De · - ״ in monosyllabis.

4 *Monosyllaba, quę habent puncta mutabilia, illa sunt, quæ fiunt à radicibus incipientibus à nun, vel à iod, vel quæ deriuantur à radicibus duplicantibus secundam, vel habentibus literam vau in secunda, aut literam he in tertia.*

De monosyllabis ex radice Pe nun.

5 *Et quidem primi ordinis vnum tantùm est monosyllabum, nimirum* נֵרְדְּ *nerd nardus, quod in plurali facit* נְרָדִים *neradim, cum affixo* נִרְדִּי *nirdi.*

De monosyllabis ex radice Pe iod.

6 *Secundi ordinis duo solùm inueniuntur nimi-*

nimirum צֵא *tse egestio, à verbo* יָצָא *iatsa exire, &* דַּע *deangh scientia, à verbo* יָדַע *iadangh scire, quæ punctum suum nunquã mutant.*

De monosyllabis ex radice duplicante secundam.

7 *Tertij ordinis multa sunt monosyllaba, quę quidem puncta sua non mutant, donec monosyllaba manent: si autē propter affixa pronomina, aut aliā quamlibet causam fiant polysyllaba, mutāt longas uocales in breues, camets in patach, tsere in chiric, cholem in Kibbuts; quia tunc accedente tertia litera incipit daghes apparere, quod latebat in secunda, ut* עַז *nghaz fortis, in plurali facit* עַזִּים *nghazim.* עֵז *nghez capra, in plurali* עִזִּים *nghizim.* עֹז *nghoz fortitudo, in plurali* עֻזִּים *nghuzim. Sunt etiam quinque huius ordinis, quę irregulariter mutant patach in chiric, ut* צִדִּים *tsiddim, limina,* מִסִּים

missim,

missim, laquei, פִּתִּים *pittim, latera;* סִפִּים *sippim, tributa,* שִׁכִּים *sciccim, bucellæ.* סַף *saph, limen,* שַׁךְ *sciach, laqueus,* צַר *tsad, latus,* מַס *mas, tributum,* פַּת *pat, bucella.*

De monoſyllabis ex radice ngh Ain vau.

8 *Quarti ordinis monoſyllaba ſunt etiam permulta, ſed quæ ferè puncta vocalia non mutant. Sunt tamen hic aliquot exceptiones. Prima quarũdam vocum, quæ longas vocales in alias longas irregulariter mutant, nimirum* יוֹם *iom dies, &* ראשׁ *roſc caput, et* עִיר *nghir, ciuitas, quę faciunt in plurali* יָמִים *iamim, &* רָאשִׁים *roſcim &* עָרִים *ngharim, &* טוֹב *tou bonum, quod in regimine facit* טוּב *tuu. Secunda eſt eorum nominum, quæ habent patach ſequente iod mobili, vt* זַיִת *zaith oliua,* יַיִן *iain vinum, quæ in regimine, cum affixis, et in plurali mutant patach in tſere, & iod mobile in iod quieſcens: dicimus enim* זַיִת *zaith oliua,* זֵיתוֹ *zetho oliua*

eius,

eius, זֵיתִים *zethim oliuæ*, זֵית הַשָּׂדֶה *zeth assade oliua cãpi*; *similiter* בַּיִת *baith, domus*, חַיִל *chail, exercitus*, עַיִן *nghain, oculus, in regimine singulari faciunt* עֵין חֵיל בֵּית *nghen, chel, beth, at in plurali paulò aliter, nimirũ* בָּתִּים *bittim*, חֲיָלִים, *chaialim*, עֵינַיִם, *nghenaim* Idem accidit quibusdã nominibus, quæ vau mobile vertunt in vau quiescens: dicimus enim מָוֶת *maueth mors*, מוֹתָיו *mothau mors eius*. Tertia exceptio est eorum, quæ vau quiescens mutant in vau mobile, nimirum שׁוֹר *scior, bos*, שׁוֹק *sciok, armus, vel platea*, דּוּד *dud, lebes, quæ in plurali faciunt* שְׁוָרִים *scieuarim*, שְׁוָקִים, *scieuakim*, דְּוָדִים *deuadim*.*

De monosyllabis ex radice Lamed he.

9 *Quinti ordinis monosyllaba, quæ plurima sunt, si habeant camets, illud sæpè mutant in regimine plurali in sceua: alias autem nihil mutant, vt* יָד *iad manus, in regi-*

imine יַד *iad, cum affixo* יָדוֹ *iado, in plurali* יָדַיִם *iadaim, in regimine plurali* יְדֵי *iede.*

EXCEPTIONES.

Excipiuntur אָב *au pater, &* אָח *ach frater, quę in regimine, et cum affixis recipiunt iod, vt* אָבִיו *auiu pater eius,* אָחִיךָ *achicha frater tuus. Si autem habeant tsere, nō mutant suum punctum, vt* עֵץ *nghets, lignum,* עֵצִים *nghetsim,* עֵצוֹ *nghetso. Excipiuntur* בֵּן *ben filius, &* שֵׁם *sciem nomen, quę in regimine singulari mutant tsere in segol; & cum affixis in sceua: in plurali autē* בֵּן *ben sequitur regulam masculinorum,* שֵׁם *sciem fœmininorum, hoc modo;* בֵּן *ben, in regimine* בֶּן *ben, cum affixo* בְּנוֹ *beno, in plurali* בָּנִים *banim.* שֵׁם *sciem, in regimine* שֶׁם *sciem, cum affixo* שְׁמוֹ *sciemo, in plurali* שֵׁמוֹת *sciemoth. Sunt etiam duo, quę habent segol,* פֶּה *pe os, &* שֶׂה *scie agnus; quorum prius vertit segol in chiric in regimine, & omnibus*

affi-

affixis, ac numero plurali; dicimus enim פֶּה *pe, in regimine* פִּי *pi, cum affixo* פִּיךָ *picha, in plurali* פִּים *pim. Posterius autem vertit segol in tsere in regimine; cum affixis verò loco he, recipit iod amabile, hoc modo* שֶׂה *se, in regimine* שֵׂה *se, cum affixo* שֵׂיֵהוּ *seiehu.*

DE POLYSYLLABIS.

De camets sub penultima.

10 *Nunc de polysyllabis explicandum est: Camets igitur sub penultima litera existens mutatur semper in sceua simplex, nisi litera suprascripta sit gutturalis; tunc enim mutatur in sceua compositum, quęcumque accidat causa mutationis, vt* שָׁכֵן *sciachem vicinus,* שְׁכֵנִים *sciechenim vicini,* שְׁכֵנוֹ *sciecheno vicinus eius,* שְׁכֵנָה *sciechena vicina:*

11 *Excipiuntur illa, quæ deriuantur à radice duplicante secundam literam; ea siquidem non mutant vnquā suum camets: dicimus enim* מָגֵן *maghen clypeus, in regmine*

מָגֵן *maghen, cum affixo* מָגִנִּי *magh nni, in plurali* מָגִנִּים *maghinnim.*

12 *Quædam etiam ex ijs, quę deriuantur à radice habente* ה *in tertia, non mutant suũ camets, ut* שָׂדֶה *sade ager, quod in regimine quidem facit* שְׂדֵה *sede; in plurali verò, & cum affixis abijcit* ה *radicale, sed punctum camets non mutat; dicimus enim* שָׂדִי *sadi,* שָׂדְךָ *sadecha,* שָׂדִים *sadim,* שָׂדוֹת *sadoth.*

De camets sub vltima.

13 *Camets sub ultima mutatur in singulari in patach ob regimen, & cum affixis* כֶם *chem, &* כֶן *chen; in plurali verò mutatur in sceua ob regimen, et cum affixis* כֶם *chem,* כֶן *chen,* הֶם *&* הֶן *hem, & hen. aliàs inuariatum permanet, ut* דָּבָר *dauar verbũ, in regimine singulari* דְּבַר *deuar; in plurali* דְּבָרִים*, deuarim, in regimine* דִּבְרֵי*, diure, cum affixis, vide exempla superius pagina quadragesimanona.*

EX-

EXCEPTIONES.

Excipiuntur nomina, quæ habent א *in fine; illa enim in regimine singulari non mutant camets in patach, sed manet camets, et in eo quiescit litera* א*, vt* צָבָא *tsaua exercitus, in regimine* צְבָא *tseua.*

Excipiuntur etiam nomina, quæ deriuantur ex radice duplicante secundam; illa enim in plurali, & affixis mutant camets in patach, vt daghes in secunda litera infixum vim suam exercere possit, vt supra dictum est cùm de monosyllabis ageremus.

De tsere sub penultima.

14 *Tsere in penultima nunquam mutatur nisi post se habeat camets, aut segol; tũc autem mutatur in sceua, vel chiric, ne duo sceuaim simul concurrant in principio, vt* שֵׁכָר *sciechar sicera, in regimine* שֵׁכַר *sciechar, cum affixo* שֵׁכָרוֹ *sciecharo, in plurali* שֵׁכָרִים *sciecharim, in regimine plurali* שִׁכְרֵי

ſcicbre. Excipiuntur illa, quæ poſt tſere habēt י; *illa.n.nūquā mutāt ſuū tſere, ut* הֵיכָל *hechal templū,* הֵיכָלוֹ *hechalo templū eius.*

15 *Notandum vero eſt nomina, quæ habent ſub vna litera ··, ſub altera ·.·, quę dicuntur quinque punctorum, in regimine ſingulari nihil mutare.*

16 *Notandum etiam nomina, quæ habent ſupra eiuſmodi punctum ··,* ח, *aut* ע, *mutare ſuum ·· non in :, ſed in . quando ſequuntur affixa, vt ab* עֵשֶׂב *nghesseu herba, fit* עִשְׂבּוֹ *nghisbo, ab* עֵמֶק *nghemek vallis, fit* עִמְקוֹ *nghimko. Sæpè etiam vertitur in : compoſitum, vt ·.·:, vel -:, nam in ſingulari cum omnibus affixis, & in plurali in regimine, & cum affixis,* כֶן *chen,* כֶם *chem,* הֶן *hen,* הֶם *hem, mutatur ·· in ·.·:, et ne duo ſceuaim cōcurrant ex ·.·:, tollitur :, et remanet purum ·.·, in plurali autem ſtatus abſoluti, & cæteris affixis, vertitur ··*

in

in -: , exemplum עֵגֶל *nghegel vitulus , cũ affixo in singulari* עֶגְלוֹ *ngheglo , cum affixo in plurali* עֲגָלָיו *nghagalau.*

De tsere sub vltima.

17 *Tsere sub vltima, si in penultima fuerit ˙ , mutatur in patach, vel in sceua, vel non mutatur ad eum modum prorsus, quo camets sub vltima: sunt enim omnino similia nomina , quæ habent duplex camets , & tsere, vt* דָּבָר *dauar, & quæ habent camets & tsere, vt* שָׁכֵן *sciachen vicinus. At vero si ante ·· non sit ˙ , ipsum ·· in regimine singulari manet immotum, aliàs autem semper in : permutatur , quęcumque accidat mutationis causa . Exemplum* כּוֹרֵם *corem vinitor, in regimine* כּוֹרֵם *corem, cum affixo* כּוֹרְמוֹ *cormo , in plurali* כּוֹרְמִים *cormim, & sic de alijs.*

18 *Sunt aũt duæ exceptiones obseruandæ: Prima, si accidat propter mutationẽ huius ··*

in: . vt duo sceuaim in medio dictionis vi deantur legenda, tunc : ex hoc ·· descendens vertetur in segol, vt כּוֹרֶמְכֶם *coremchem, et* כּוֹרֶמְכֶן *coremchen dicemus, pro* כּוֹרְמְכֶם *coremchem, &* כּוֹרְמְכֶן *coremchen. Secunda, in ijs nominibus, quę deriuantur à radice duplicante secundam, ·· sub vltima nō mutatur in :, sed in ·, vt* מָגֵן *maghen clypeus, in regimine* מָגֵן *maghen cum affixo* מָגִנּוֹ *maghinno, in plurali* מָגִנִּים *maghinnim.*

De segol sub penultima.

Segol, sub penultima, quando sequitur alterum segol, in regimine singulari nihil mutat; aliàs autem, quæcumque accidat mutationis causa, vertitur in sceua, & ne duo sceuaim initio concurrant, primum vertitur in chiric, aut in patach, vt בֶּגֶד *beghed vestis, in regimine* בֶּגֶד *beghed, cū affixo* בִּגְדוֹ *bigdo, in plurali* בְּגָדִים *begadim:*

gadim: item מֶלֶךְ *Melec Rex, in regimine* מֶלֶךְ *Melec, cum affixo* מַלְכּוֹ *Malco, in plurali* מְלָכִים *melachim.*

De segol sub vltima.

20 *Segol sub vltima extra regimen singulare, vbi manet, ferè mutatur in sceua, præterquam quod in plurali tam statu absoluti, quàm cum affixis aliis à* כֶם *chem,* כֶן *chen,* הֶם *hem,* הֶן *hen, quibus in locis mutatur in camets. Exemplum, vt* מֶלֶךְ *melec, cũ affixo* מַלְכּוֹ *malcco,* מַלְכִּי *malcchi, etc. in plurali* מְלָכִים *melachim, cum affixis* מְלָכָיו *melechau,* מַלְכֵיכֶם *milcchechem. Excipiuntur dualia, quę vbique mutant vltimum ∴ in : , vt* אֹזֶן *ozen, auris,* אָזְנַיִם *oznaim,* אָזְנָיו *oznau.*

21 *Est autem hoc loco obseruandum, si alicuius nominis tertia litera sit* ח *aut* ע*, tunc loco vltimi ∴ substitui -, quòd si media litera sit* ח*, aut* ע*, tunc pro vtroque ∴*

duplex

duplex -- constituetur; quę puncta -- cũ locum obtineant ·.·, eodem modo mutabuntur, quo ipsum ·: mutari solet. Exempla sunt פַּסַח *Pesach Pascha, non* פֶּסֶח *Pesech.* זֶרַע *zerangh semen, nõ* זֶרֶע *zerengh.* נַחַל *nachal torrens, non* נֶחֶל *nechel* בַּעַל *banghal dominus, nõ* בֶּעֶל *benghel. fallit tamen in duobus; dicimus enim* רֶחֶם *rechem matrix, &* לֶחֶם *lechem panis.*

De Cholem sub penultima.

22 *Cholem sub penultima non mutatur unquam, nisi post se habeat segol, aut patach, ut* חֹדֶשׁ *chodesc mensis,* תֹּאַר *toar, forma: aut certè chiric sequente iod in quiescentibus lamed he, ut* חֹלִי *choli infirmitas: tunc autem mutatur semper in -: , quęcũque accidat causa mutationis, excepto regimine singulari, ubi nulla fit mutatio. Exemplũ* חֹדֶשׁ *chodesc, in regimine* חֹדֶשׁ *chodesc, cum affixo* חָדְשׁוֹ *chodscio, in plurali* חֳדָשִׁים *chodascim,*


dascim, in regimine חָדְשֵׁי chodscie, cum affixo חֳדָשָׁיו chodasciau.

23 *Est autem obseruandum, si media litera sit gutturalis, tunc sub prima ponit camets, sub secunda* ֳ*, vt* אֹהֶל *ohel tabernaculum, cum affixo* אָהֳלוֹ *aholo: præterquam in plurali absoluto, & affixis ei cognatis, idest alijs, præter* הֶן *hen,* הֶם *hem,* כֶּן *chen.* כֶּם *chem: tunc enim prima litera est cum cholem, vel cum cateph camets, secunda cum camets.*

De Cholem sub vltima.

24 *Cholem sub vltima semper manet immobile, vt* גָּדוֹל *gadol magnus, in regimine* גְּדוֹל *ghedol, cum affixo* גְּדוֹלוֹ *ghedolo, in plurali* גְּדוֹלִים *ghedolim: & ceteris ad eundem modum.*

PARS



PARS TERTIA, QVÆ EST DE VERBO.



CAPVT PRIMVM
De verbo in genere.



Erbo in vniuerſum accidũt ſex: modus, tempus, perſona, genus, numerus, coniugatio.

De modis, & temporibus verborum.

2 Modos Hebræi habent tres, imperatiuum, infinitiuum, & indicatiuum:

tem-

per quos Hebræi eadem efferunt, quę Latini per quinque; tempora tria, præteritum, præſens, & futurum. Quæ omnia hunc habent ordinem.

Primo loco ſtatuũt עָבָר nghauar, id eſt præteritum, tum quòd ordine naturæ præcedat reliqua tempora, tum quòd eo contineatur thema, ſiue radix ipſa vnde reliqua ferè tempora formantur. Porrò hoc vnum præteritum pro loci exigentia explicandũ eſt ita, vt modò perfectum, modò imperfectum, modò pluſquã perfectum tempus deſignet: & idem nõ modò ad indicatiuum, ſed additis præſertim certis particulis, ad optatiuum, & ad coniunctiuum referatur: coniunctiuum tamen per Gerundia ſæpius efferunt.

Secundò loco בֵּינוֹנִי Benoni, ideſt intermedium, quod nos uocamus participium

ticipium

ticipium actiuum, ſiue præſens, præſentis temporis, vt לומד lomed diſcẽs. Quin etiam hoc Hebræi verbũ ipſum præſentis temporis, quo carent; & interdum etiam imperfecti circumloquuntur: tum vero ſolent cum pronomine iungere, vt אני פוקד ani poked ego viſito. Sæpe etiam vſurpatur ſubſtantiuè pro nomine verbali, ſine vlla temporis notatione, vt שומר ſciomer cuſtos, שופט ſciophet iudex. Semper tamen participium vt in alijs linguis, ita in hac, more nominum flectitur, caretq; idcirco perſonis. Vocatur autem intermedium, quia vtimur eo ad ſignificandum præſens tempus, quod eſt medium inter præteritum, & futurum. Et tunc ſolent præponere pronomen, vt אני פוקד ani poked ego viſito.

Tertio loco ponunt participium

passiuũ, quod ipsi vocant פָּעוּל pangul, quæ vox desumpta est ab antiquo paradigmate, vt si nos participium passiuum vocaremus, Amatus. Indicat autem rem quæ fiat, vt נָגוּף naguph vapulans. Latini quia participio passiuo præsentis temporis carent, sæpè vna voce hoc reddere nequeunt: interdũ tamen videtur paul habere vim participij præteriti, vt שָׁמוּר sciamur custoditus, seu qui custoditur.

Quarto loco ponunt infinitiuum, quem מָקוֹר makor appellant, idest fontem, quod videlicet modus significandi ab eo fluat, & in diuersa discriminentur tempora. Ex infinitiuo, qui nullius est certi generis, numeri, vel personæ, Gerundium formant auxilio harum quatuor literarum ב כ ל מ biclam, vt infra demonstrabimus.

Quin-

Quinto loco ponunt imperatiuum, quem dicunt צִוּוּי tſiuui, qui ſolùm ſecundam perſonam vtriuſque generis, in vtroque numero comprehendit.

Poſtremo addunt Futurum, quod nominant עָתִיד nghathid, ideſt paratũ, quod ſignificat rem futuram iam eſſe paratam, vt fiat.

Porrò hoc etiam tempus modò per indicatiuum, modò per optatiuum, modò per ſubiunctiuum pro loci exigentia vertendum erit. Eſt autem huius temporis vſus & varius, & frequẽtiſſimus: ſæpè enim ſumitur pro præterito perfecto, ac potiſſimum apud Prophetas: interdum pro imperfecto, vt Num. 10. עַל פִּי יְהוָה יַחֲנוּ nghal pi iehoua iachanu, iuxta præceptum Domini caſtrametabantur; interdum etiã pro pręſenti, vel pro potentiali, quod Græ-

ci,

ci, & Latini appellant; quando videlicet continuatio quædam actionis indicatur, vt Eccl. 1. Quid habet homo amplius in omni labore suo, שֶׁיַּעֲמוֹל scieijanghamol, quo laborat sub Sole, vel *δυνητικῶς*, laborare solet. Denique etiam non raro vsurpatur pro imperatiuo, presertim in tertia persona vtriusque numeri, & prima pluralis, quibus personis imperatiuus caret apud Hebræos, vt Gen. 1. יְהִי אוֹר iehi or.

De personis.

3 Personæ sunt tres prima, secunda, tertia. Incipiunt autem Hebræi a tertia, & ab ea per secundam veniunt ad primam: propterea quòd semper verbum in tertia persona simplicius est, & inde per additionem quarundam literarum, quæ ferè ex vltimis prono-

 minum

minum syllabis desumuntur, formantur cæteræ voces.

Porrò prima persona vtriusque numeri semper est communis generis, vt etiã præteriti tertia pluralis. Reliquis personis propria genera attribuuntur.

De genere.

4 Genus triplex est in verbis, vt in nominibus, masculinum, fœmininum, commune; & sæpissimè ex verbo cognoscitur cuius generis sit nomen q̃d cum eo cõiungitur. Ac propterea hoc genus à nonnullis dicitur nominale, vt ab eo differat, quod est magis verborum proprium, & verbale appellari solet: quod fere est quadruplex, Actiuum, Passiuum, Neutrum, Commune.


De numero.

5 Numeri in verbis nó ſunt niſi duo, ſingularis, & pluralis: duali numero verba carent, cuius loco Pluralis vſurpatur.

De coniugatione.

6 Coniugatio propriè non eſt niſi vna: omnia enim verba eodem modo inflectuntur: quia tamen hæc vna cõiugatio (quod ad ſignificationem ſpectat & primas voces) octo modis uariatur, eosq́; modos cõiugationes alij vocant; loquemur & nos cum multis: & octo eſſe coniugationes admittemus, nimirum Kal, Niphal, Piel, Pual, Poel, Hiphil, Hophal, Hitpael: quæ omnes ita appellantur ab antiquo paradigmate פָּעַל panghal fecit, vt ſi Latini primam coniugationẽ appellarent, Amo, ſecundam Amor, &c.

Cæterum ex hoc Paradigmate id ſolum vſus loquendi retinuit, vt prima litera cuiuſcumque radicis dicatur פ Pe, ſecunda ע Nghain, tertia ל Lamed eodem ſcilicet ordine, quo hæ tres literæ in hoc verbo collocatæ ſunt. Quare diligenter erunt notandæ, ꝙ vbique huiuſmodi appellationes magno ſint vſui.



CA-

CAPVT SECVNDVM
De verbo perfecto.




Iximus de verbo in genere, nunc de vtraque verborũ forma dicendum est. Sunt enim verborum Hebraicorum alia perfecta, alia imperfecta; Perfecta dicuntur, quæ solùm tres literas habent in themate, quæ radicales dicuntur, & ex ijs nulla excidit inter cõiugandum. Imperfecta dicuntur, quæ vel constant pluribus quàm tribus literis radicalibus, aut ex tribus inter cõiugandum aliquam amittunt.

2 Et quamquam sunt omnes coniugationes, tùm perfectis, tùm imperfectis communes; earum tamen naturam, discrimina, vsum, regulas, in per-

fectis potissimùm declarabimus: non modo quia de ijs priùs agendum uidetur, ut ordo ipse postulat; uerùm etiã quia illis cognitis, imperfecta faciliùs cognoscentur.

3 Prima igitur cõiugatio פָּעַל panghal, uel usitatiùs קַל Kal, idest leuis, seu expedita uocatur, quòd nullam, initio præteriti, literam præter tres radicales adsciscat: neque daghes forti oneretur in secunda radicali.

4 Continet autem uerba partim absoluta, ut עָמַד nghamad stetit, partim transitiua, vt שָׁמַר sciamar, custodiuit.



Paradigma verbi perfecti in prima coniugatione Kal.

INDICATIVVS.

Qnæ docetur.	*Didiciſtis f. g.*	Præteritum.
לְמוּדָה	לְמַדְתֶּן :	עָבָר
Quæ doecntur.	Particip. actiu.	*Didicit m. g.*
לְמוּדוֹת	בֵּינוֹנִי.	לָמַד
Infinitiuus.	*Diſcens m. g.*	*Didiciſti m. g.*
מָקוֹר	לוֹמֵד	לָמַדְתָּ
Diſcere	*Diſcentes m. g.*	*Didici c. g.*
לְמוֹד vel לָמוֹד	לוֹמְדִים	לָמַדְתִּי
in diſcendo	*Diſcens f. g.*	*Didicerunt c. g.*
בִּלְמוֹד	לוֹמְדָה vel לוֹמֶדֶת	לָמְדוּ
sum diſcerē, &c.	*Diſcentes f. g.*	*Didiciſtis m. g.*
כִּלְמוֹד	לוֹמְדוֹת :	לְמַדְתֶּם
ad diſcendum.	Particip. Paſſi.	*Didicimus c. g.*
לִלְמוֹד	פָּעוּל	לָמַדְנוּ
à diſcendo	*Qui docetur.*	*Didicit f. g.*
מִלְּמוֹד	לָמוּד	לָמְדָה
Imperatiuus.	*Qui docentur.*	*Didiciſti f. g.*
צִוּוּי	לְמוּדִים	לָמַדְתְּ


Discetis m. g.	*Discam c. g.*	*Disce m. g.*
תלמדו	אלמוד	למוד
Discet f. g.	*Discet m. g.*	*Discite m. g.*
תלמוד	ילמוד	למדו
Disces f. g.	*Disces m. g.*	*Disce f. g.*
תלמדי	תלמוד	למדי
Discet, et discetis f. g.	*Discemus c. g.*	*Discite f. g.*
תלמודנה	נלמוד	למודנה
	Discent m. g.	Futurum.
	ילמדו	עתיד

ADMONITIO.

Tùm in hoc Paradigmate, tùm in consequentibus non modo literæ, quæ radicalibus aut preponuntur, aut addũtur, siue inseruntur; sed etiam puncta singula diligenter obseruanda. Paradigmata enim instar regularum esse debent. Quare nos ea tantum persequèmur, quę ex paradigmatis cognosci nequeunt, aut à communi norma recedunt.

RE-

REGVLAE.



DE PRAETERITO.

1 *Tertia persona, quæ est ipsa radix, vel thema, tres habet punctorū formas. Prima est cum ˙ & -, vt* לָמַד *lamad. Quæ forma verborum est cōmunis. Secunda cum ˙, et ··, vt* זָקֵן *zaken senuit. Cæterū eodē prorsus modo declinatur, quo prima.* זָקַנְתָּ *zakanta senuisti* זָקַנְתִּי *zakanti senui, excepto Benoni, de quo paulò infra. Tertia cū ˙, et וֹ, ut* יָכוֹל *iachol potuit: quę tamē est rarissima, & retinet suū cholem in Præterito, præterquam in tertia persona fœminini singularis,* יָכְלָה *iachela potuit, & tertia pluralis,* יָכְלוּ *iachelu potuerunt.*

EX-

EXCEPTIONES.

1 *Tertia persona singularis fœminini sub vltima radicali ע, vel ח habet patach pro sceua* לָקַחַתְּ *lakachat accepisti,* שָׁמַעַתְּ *sciamanghat.*

2 *Secunda radicalis interdum habet segol in secunda persona plurali* שְׁאֶלְתֶּם *scieeltem postulastis, à quo etiã* שָׁאִלְתִּי *sciailti sicut à* יָלַד *ialad genuit* יְלִדְתִּי *ialidti, &* יְרִשְׁתֶּם *ierisctem hæreditatem, adiistis à* יָרַשׁ *iarasc.*

DE BENONI.

1 *Benoni sæpè habet cholem sine vau* עֹמֵד *nghomed stans,* לֹמֵד *lomed discens. Interdum etiam secundum punctum est chiric gadol.* תּוֹמִיד *tomid sustentans.*

2 *In verbis secundæ formæ, vbi secundũ Preteriti punctum est tsere, Benoni à Præterito non differt, vt* זָקֵן *zaken senuit, et senescens, seu senex: nam sæpè benoni tanquam nomen toar videtur vsurpari.*

3 Prior

3 Prior vox fœminina status est absoluti, posterior regiminis, & affixorum. Quod si vltima radicis sit gutturalis, pro duplici segol ponitur duplex patach שׁוֹמַעַת sciomanghath: quod pro sequentibus etiam coniugationibus obseruandum.

DE PAVL.

Hoc participium differt à participio coniugationis secundæ, quod hoc significet rem fieri, dum adhuc fit, quæ adhuc permaneat. Interdum pro sciurec inuenitur Kibbuts, ut לָבֻשׁ lauusc indutus. Intransitiua hoc tempore carent, ut נָפַל naphal cecidit, עָמַד nghamad stetit. Quędam nomina huic participio similia videntur. שָׁכוּן sciachun habitator, עָצוּם nghatsum fortis.

APPENDIX.

1 Quædam sunt participio vtrique communia, idest patach necessitatis פֹּתֵחַ potheach aperiens, פָּתוּחַ pathuach qui aperitur, שׁוֹמֵעַ

scio-

ſciomeangh audiēs , שָׁמוּעַ ſciamuangh qui auditur. Quin etiā in Benoni retrocedit interdum patach ad ſecundam, loco tſere נֹטַע notangh plantans, pro נֹטֵעַ noteangh, quæ apud Grecos, et Latinos *diceretur ſyncope.*

2 *In participijs eſt regimen ut in ſubſtantiuis. Ergo propterea etiam puncta mutāt.* פֹּעֲלֵי־אָוֶן *ponghale auen facientes iniquitatem.*

Nonnulla utrumque participium deſiderant קָרַב *Karau appropinquauit,* רָחַק *rachak elongauit, et alia multa. Ergo in his nomē Toar loco utriuſque participij adhibetur.* קָרוֹב *Karòu propinquus,* רָחוֹק *rachok longinquus.*

DE INFINITIVO.

Infinitiui formæ tres inueniuntur לְמַד *lemad,* לָמוֹד לְמוֹד *lamod, lemod. Primæ (*לָמוֹד *lamod) ferè vſus eſt, ut iungatur alijs modis augēdi cauſa, vt dicetur par.4. cap.3.*

cap. 3. de Syntaxi. Cholem in vltima hic frequentius habent actiua, quàm patach, etiam illa, quorum tertia est gutturalis: זְכוֹר zechor meminisse, פְּתוֹחַ pethoach aperire, שְׁמוֹעַ sciemoangh audire. Neutra ferè amant patach שְׁכַב sciechau dormire.

DE GERVNDIIS.

1 Gerundia formantur è secunda, & tertia forma Infinitiui, præpositis literis quatuor huius vocis בְּכְלָם bichlam, quæ recepto more literæ bichlam, vel Gerundij appellantur. Porrò ex his, primę tres בְּכְלָ bichla hoc habent commune cum tribus literis futuri יִתֵּן itten, quod recipiunt chiric paruum pro sceua, sequente sceua, ne duo sceuaim initio concurrant, מ verò habet chiric sequente daghes, quia non est simplex litera, sed integra prępositio מִן min, quæ abiecta secunda litera, solet eius loco infigere daghes.

2 Si prima radicis est gutturalis, quæ requirit sceua compositū ·: aut ·.·:, tunc literæ בַּכְּלַ *bichla, et literæ* יִתֵּן *itten sub se habebūt punctum affine sequenti, hoc est - vel ·.·, ut* בַּעֲבוֹר *banghauor in transeundo,* בֶּאֱזוֹר *beezor in auxiliando,* תַּעֲבוֹר *tanghauor transibis. Idem ferè seruatur in Imperatiuo, & Futuro.*

3 Quod si, vt sępè fit, gutturales simplici sceua contentæ sint, tamen literę seruiles formatiuę gerundij, & futuri suum - vel ·.· retinebunt, vt יַחְפּוֹץ *iachpots volet,* לַעְזוֹר *langhzor ad auxiliandum. Porrò hæc tertia, & secunda regula Gerundiorū etiā Præterito Niphal communis est.*

APPENDIX.

1 Quod autem ad vsum, significationemq́; literarum בְּכְּלַם *bichlam attinet in gerundijs; duæ priores* בְּכְּ *bich, tempus aliquando præsens, & frequentius imperfectum,*

per-

perfectumq; respiciunt: duæ posteriores לם *lam, ad futurum ferè referuntur.* ב *signifi cat In, Inter, Quum, Quando, Posteaquã. Idem ferè* כ. ל *autem significat ad, vt.* מ *è, ex, de, à, ne.*

2 *Ex his gerundiis efficitur vsitatissima circumlocutio coniunctiui, vt ex his exem plis patebit:* בִּלְמוֹד נַעַר *bilmod nanghar, in discendo puer, idest quum discit puer, quũ disceret, postquam didicit, quum didicerit, uel didicisset, etc. Idem ferè significat* כִּלְמוֹר נַעַר *chilmod nanghar. Ita etiã* לִלְמוֹר נַעַר *lilmod nanghar, ad discendum puer, idest vt discat.* מִלְמוֹר נַעַר *millemod, nanghar à discendo puer, idest ne discat, &c.*

5 *Infinitiuus, et Gerundia cum* ה *paragogi co habent plerũque* ְ *sub prima radicali, ut* לְמָשְׁחָה *lemoscha ad vngendum. Interdũ idẽ est punctũ sub secũda,* לְרַחֲקָה *lerachoka, ad elongãdũ: uel* ֻ *sub prima* חֻמְצָה *chumtsa*

ser-

fermentare. לַחְמְלָה *lechumla ad parcendũ.* *Quæ ſequuntur tertiam formam* (לְמַד *lemad*) *habent chiric ſub prima radicali, vt* לִרְבְעָה *leriungha, ad accumbendum: vel propter gutturalem* לְאַשְׁמָה *leaſcma ad delinquendum. Quod ſi ſecunda thematis ſit gutturalis, ſub ea erit* -: *ſub prima* - לְתַאֲבָה *lethaaua ad expetendum.*

DE IMPERATIVO.

1 *Ferè Imperatiuus ſequitur terminationem Infinitiui: interdum tamen in patach deſinit, quum ſcilicet verbum eſt neutrũ, aut quum ſecunda thematis eſt gutturalis, aut tertia eſt* ח, *vel* ע, *vt* שְׁכַב *ſciechau iace,* גְאַל *ghealredime,* פְתַח *pethach aperi.*

2 *Pluralis fœminina abijcit interdum vltimũ* ה *cum precedente camets, interdum retinet camets, abiecto* ה, *vt* שְׁמַעַן *ſciemanghan audite, pro* שְׁמַעְנָה *ſciemanghna* קְרָאןָ Kerena *vocate, pro* קְרֶאנָה Kerena.

AP-

APPENDIX.

1 *Propter* ה *paragogicum prima radicis habet plerũque camets caton, vt* זָכְרָה *zochira memento. Interdum tamẽ habet camets longum* שָׁמְרָה *sciamera custodi, vel cholem, vt* זוֹעֲמָה *zonghama detestare: atque adeo chiric, & segol* מִכְרָה *michra vende,* עֶרְכָה *nghercha ordina.*

2 *Pluralis masculina habet interdum sub prima radicis camets caton, vt* חָרְבוּ *chorbbu desolamini,* מָשְׁכוּ *mosccu trhaite.*

3 *Cum accentibus distinguentibus (de quibus par. 1. c. 6.) pluralis masculina, à forma* שְׁמוֹר *sciemor facit* שְׁמוֹרוּ *sciemoru custodite,* גְּזֹרוּ *ghezoru diuidite: à forma* שְׁלַח *scielach,* שְׁלָחוּ *scielachu,* שְׁמָעוּ *sciemanghu audite.*

DE FVTVRO.

1 *Formatur ab imperatiuo additis quatuor literis, videlicet* אֵיתָן *etan, quarũ* א *est signum*

gnum primæ personæ communis generis, numeri singularis est signum, ut אֶלְמוֹד *elmod discam.* י *est signum tertiæ personæ, generis masculini, utriusque numeri, ut* יִלְמוֹד *ilemod discet,* יִלְמְדוּ *ilmedu discent.* ת *est signum secundæ personæ, generis masculini, utriusque numeri, ut* תִּלְמוֹד *tilmod disces,* תִּלְמְדוּ *timeldu discetis, & omnium personarũ generis fœminini, ut* תִּלְמוֹד *tilmod discet,* תִּלְמְדִי *tilmedi disces,* תִּלְמוֹדְנָה *tilmodna discetis, & discent.* נ *est signum primæ personę, communis generis, numeri pluralis vt* נִלְמוֹד *nilmod discemus.*

2 *Ultimum punctum non solùm est cholē, vt* יִלְמוֹד *ilemod; sed etiam patach, in ijs præsertim, quę uel neutra sunt, vt* יִשְׁכַּב *isceccau dormiet: uel secundā, tertiamve gutturalē habēt, ut* יִגְאַל *igheal redimet,* יִפְתַּח *iphettach aperiet. Sunt quę utroque modo efferũtur ut* יִשְׁבּוֹת *iscebboth, vel* יִשְׁבַּת *iscebbath desinet.*

AP-

APPENDIX.

1 Plurale fœmininum interdum abijcit ה vltimum, vt תִּלְבַּשְׁןָ tilbbaſcna induetis f.

2 In voce יַעֲמֹדְנָה ianghamodna ſtabunt, ponitur iod loco ת, vt in יִשְׁפּוּטוּ iſcephutu iudicabunt, תַּעֲבוּרִי tanghauuri tranſibis, ſciurec pro cholem.

3 Cholem primę perſonę futuri propter ה paragogicũ tranſit in ſceua, ut אֶשְׁמְרָה eſcmera cuſtodiam: rariùs in camets caton, vt אֶשְׁקְטָה esckota quieſcam. Quod ſi perſona fiat Milel, manet cholem אֶשְׁמֹרָה eſcmora cuſtodiam.

4 Obſeruandum eſt tertiam perſonam fœminini generis, numeri ſingularis, & ſecundam maſculinam eiuſdem numeri ſemper eſſe tùm in perfectis, tùm in imperfectis verbis eandem, vt nihil vnquam neque punctis inter ſe, neque literis differant.

Coniugatio secunda Niphal

נִפְעַל niphnghal. Littera Nun præposita initio, est character huius coniugationis. In qua verbum passiuam habet significationem, si in prima habuerit actiuam, vt מָסַר masar tradidit, נִמְסַר nimsar traditus est.. Alioquin hic habebit actiuam, more deponentium apud Latinos, vt נִשְׁבַּע nischbbangh iurauit. נִלְחַם nilcham pugnauit. Est enim generalis regula, vt ea verba, quæ in Kal non sunt vsitata, cuiuscũque coniugationis sint, explicentur iuxta significationem verborum in Kal. Interdum etiam Niphal habet reciprocam significationẽ, vt Hitphael נִשְׁמַר niscmar custodiuit se.

IN-

INDICATIVVS.

		Præteritum.
הִלָּמְדִי	נִלְמְדָה vel	נִלְמַד
הִלָּמַדְנָה:	נִלְמֶדֶת	נִלְמַדְתָּ
Futurum	נִלְמָדוֹת:	נִלְמַדְתִּי
אֶלָּמֵד	Infinitiuus	נִלְמְדוּ
יִלָּמֵד	הִלָּמֵד	נִלְמַדְתֶּם
תִּלָּמֵד	בְּהִלָּמֵד	נִלְמַדְנוּ
נִלָּמֵד	כְּהִלָּמֵד	נִלְמְדָה
יִלָּמְדוּ	לְהִלָּמֵד	נִלְמַדְתְּ
תִּלָּמְדוּ	מֵהִלָּמֵד:	נִלְמַדְתֶּן:
תִּלָּמֵד	Imperatiuus	Benoni
תִּלָּמְדִי	הִלָּמֵד	נִלְמָד
תִּלָּמַדְנָה:	הִלָּמְדוּ	נִלְמָדִים

Regulæ coniugationis Niphal.

DE PRAETERITO.

1 Litera Nun characteristica habet chiric, sequente sceua muto.

2 Quod si prima radicalis fuerit gutturalis,

turalis, Nun habebit ſegol, vel patach pro chiric, eodem modo, quo dictum eſt ſupra in ſecunda, & tertia regula Gerundiorum, vt נַעֲרַךְ nangharac or dinat⁹ eſt, נֶעְכַּר nenghccar turbatus eſt.

APPENDIX.

1 Reperitur tamen etiam prima radicalis cum ſegol נֶהֶפְכוּ *nehephchu verſi ſunt* נֶחֶרְבוּ *necherbbu occiſi ſunt.*

2 Tertia maſculina interdum deſinit in cho lem נַחְתּוֹם *nachttom ſignatum eſt,* נַעְתּוֹר *nanghttor execrabilis fuit.*

DE BENONI.

1 Benoni habet vltimum punctum ca mets, vt differat à præterito, quod habet patach.

2 Paul participio paſſiuo carent quatuor coniugationes, Niphal, Pual, Hophal, & Hitpael.

AP-

APPENDIX.

Fæminina vox posterior ob gutturalem tertiam recipit duplex patach, נִשְׁלַחַת nisclachath missa est, vt supra dictum est.

DE INFINITIVO, IMPERAtiuo, & Futuro.

1 Hæc tria carent litera figuratiua נ, & ideo loco eius infigitur daghes in prima thematis; atque vt id sentire possit, additur ad Infinitiuum, & Imperatiuum litera ה, quod non fuit necesse in futuro, cum idem prestare possent literæ איתן etan.

2 Si prima thematis sit gutturalis, aut ר, quæ non recipiunt daghes, mutatur punctum breue literæ præcedentis in longum, idest chiric vel segol, in tsere, vt pro הִעָבֵר hinghauer dicimus הֵעָבֵר henghauer, & pro אֶעָבֵר enghauer אֵעָבֵר enghauer.

3 In Infinitiuo cū literis בִּכְלָם bichlam interdū omitti illud ה, addititium; licet non ſemper, vt בַּעֲטֵף benghateph cùm deficeret, Thren. 2. legimus pro בְּהֵעָטֵף behenghateph. Reperitur etiā, licet rariſſimè, א pro ה, necnon ipſum ם ſeruatum in Infinitiuo, & Imperatiuo. Item chiric ſub א in Futuro loco ſegol.
4 In Infinitiuo, Imperatiuo, & Futuro, vltimum punctum fere eſt tſere ſed illud mutatur interdum in ſegol, quando videlicet accentus retrahitur ad penultimā, vt הִשָּׁמֶר hiſſciamer cuſtodiri vel cuſtodire: interdū in patach, quando ſcilicet vltima litera eſt ח, vel ע, quod fit gratia breuitatis, vt הִשָּׁמַע hiſſciamangh audiri, vel audire pro הִשָּׁמֵעַ hiſſciameangh.
5 Infinitiuus, & Imperatiuus interdū per-

perfectus vſurpatur hoc eſt cum litera נ figuratiua, נִשְׁלוֹחַ niſcloach mittere, & mitti, נִלְחוֹם nilchō pugna, & pugnare.

Coniugatio tertia Piel.

פִּעֵל pinghel. Character huius coniugationis eſt daghes impreſſum ſecūdæ literæ radicali, præcedente chiric paruo. לִמֵּד limmed diligenter didicit. Ac primùm quidem actiua, hîc vehementiorem habet ſignificationem, vt שָׁבַר ſciauar fregit in Kal, in Piel שִׁבֵּר ſcibber confregit. מָסַר maſar tradidit, מִסֵּר miſſer diligenter tradidit. Deinde quæ in kal erant neutra, hîc ſunt actiua, הָלַךְ halac ambulauit, הִלֵּךְ hil lech ambulare fecit, deduxit: qua in re cum Hiphil conuenit. Tertio ſunt hîc verba contrariæ ſignificationis, vt שׁוֹרֵשׁ ſciorefc in Poel radices egit:

שֵׁרֵשׁ

שֵׁרֵשׁ scieresc radicitus euellet. Denique reperiũtur hîc verba, quæ in kal non sunt vsitata, vt הִלֵּל hillel laudauit, אִזֵּן izzen auscultauit: vel quæ vtrobique idem significant, vt גָּרַשׁ garasc, & גֵּרֵשׁ gheresc eiecit.

INDICATIVVS.

		Præteritum
Infinitiuus	מְלַמְּדִים	לִמֵּד diligenter didicit
לַמֵּד	מְלַמְּדָה vel	לִמַּדְתָּ
בְּלַמֵּד	מְלַמֶּדֶת	לִמַּדְתִּי
כְּלַמֵּד	מְלַמְּדוֹת	לִמְּדוּ
לְלַמֵּד	Paul	לִמַּדְתֶּם
מִלַּמֵּד	מְלֻמָּד	לִמַּדְנוּ
Imperatiuus	מְלֻמָּדִים	לִמְּדָה
לַמֵּד	מְלֻמָּדָה vel	לִמַּדְתְּ
לַמְּדוּ	מְלֻמֶּדֶת	לִמַּדְתֶּן:
לַמְּדִי	מְלֻמָּדוֹת	Benoni
לַמֵּדְנָה:		מְלַמֵּד


Futurum

		Futurum
תְּלַמְּדִי	נְלַמֵּד	אֲלַמֵּד
תְּלַמֵּדְנָה:	יְלַמְּדוּ	יְלַמֵּד
	תְּלַמְּדוּ	תְּלַמֵּד
	תְּלַמֵּד	

Regulæ coniugationis Piel.

1 Secundum punctum interdum est patach, שִׁבַּר scibbar contriuit, præsertim si vltima radicalis sit ח, aut ע. שִׁלַּח scillach dimisit, בִּלַּע billangh perdidit.
2 Tsere ob maccaph mutatur in segol בִּקֶּשׁ-לֵץ bikkesc lets quæsiuit illusor. Idem accidit sine maccaph דִּבֶּר dibber locutus est, כִּבֶּר chibber expiauit.

Hæ duæ regulæ etiam in Futuro, Imperatiuo, & Infinitiuo locum habent יְגַלַּח iegallach radet, שַׁלַּח sciallach dimitte, & dimittere.



DE PARTICIPIIS, ET INFINITIVO.

Proprium eſt huius literæ, & duarum ſequentium, vt nõ patiantur poſt ſe ה demonſtratiuum, ſed eo reiecto, aſſumant punctum eius, vt כַּשָּׁמַיִם caſ ſciamaim, ſicut cęli, pro כְּהַשָּׁמַיִם chehaſ ſciamaim. Puncta huius literæ, & duarum ſequentiũ, eadem ſunt quæ uau copulatiui, eo ex cepto, quod propter literas ſceuatas non mutant ſceua in ſciurec, ſed in chiric, & ante literas labiales retinent ſuum ſceua;

15 ל Primum est articulus datiui, ac genitiui casus, & interdum etiam accusatiui. 2. est vna ex formatricibus gerundiorum. 3. seruit loco prępositionis significans, ad, in, propter, &c. Recipit quoque affixa, vt supra ostensum est in capite de pronomine.

16 ב Primum est vna ex literis formatricibus gerundiorum. 2. seruit loco præpositionum, in, cum ab, &c. 3. designare solet ablatiuum instrumenti vel pretij vt בְּכֶסֶף קָנִיתִי becheseph kaniti, argento emi; בְּחָכְמָתְךָ עָשִׂיתָ לְּךָ חָיִל bechochmathecha nghasita lecha chail, sapientia tua parasti tibi virtutem. Recipit hæc litera etiam affixa more nominũ, & verborum, vt בּוֹ בְּךָ בִּי בָּהֶם בָּכֶם בְּנוּ בָּהּ בָךְ בָּהֶן בָּכֶן.

APPENDIX DE PERMVTAtione literarum.

Sæpè, vel certè non rarò literæ in Biblijs permutantur.

1 א *Ponitur pro* ה, *vt* גָּבְהָא *gautha, eleuata est,* שֵׁנָא *sciena, somnus. Et pro iod, vt* רִפֵּאנוּ *rippinu, curauimus, pro* רִפִּינוּ *rippinu, & pro litera geminata* בָּזְאוּ *bazeu, diripuerunt, pro* בָּזְזוּ *bazzu.*

2 ג *pro* ז, *vt* גֶה *iste pro* זֶה.

3 ה *pro* א, *ut* הוֹצִיה *hotsi, pro* אוֹצִיא *hotsia, educam:* בָּה *veniens, pro* בָּא.

4 כ *pro* ב, *vt* כְּרוּחַ קָדִים *cheruach kadim, in vento orietali,* כְּדָמַי *chidime, in sanguinibus.*

5 ם *pro* נ, *vt* תַּנִּים *tannim pro* תַּנִּין *tannin, serpens,* וַיְגָרְשׁוּם *uaiegarescium, & expulerunt eas, scilicet filias Madian.*

6 נ *pro* ם, *vt* מְלָכִין *melachin, Reges,* יָמִין *iamin, dies. Sed hæc redolent Chaldaismū.*


7 ס *pro* שׂ, *vt* יָסוֹר *iasor, dominabitur, pro* יָשׂוֹר

ישׁוּף. *Huius literę permutatio frequens est in Sacris libris.*

8 ת *pro* ה *, ut* וְשָׁבַת *ueschiauath, et reuertetur. Hoc in fœmininis frequentissimū est, cum regimen pro absoluto adhibetur: Verum hæc fusius hoc loco persequi non est necesse.*

CAPVT TERTIVM

De inuestigatione radicis, siue Thematis, & usu Dictionarii.





DIctionaria Hebræorum non cōtinent ordine alphabetico nomina, verba, ac cæteras dictiones omnes, sed solùm themata, siue radices, quibus subijciunt eas omnes voces, quæ ab illis deriuantur. Vt igitur quocunque vocabulo oblato radicem

eius inueſtigare poſſimus, primùm mandanda eſt memoriæ diuiſio literarum in vndecim radicales ſuis vocibus comprehenſas קצר זעף גט חסר Katſar zanghaph ghet cheſed & vndecim ſeruiles וכלב משה איתן vechaleu Moſcie etan: quam diuiſionem capite ſuperiore tradidimus. Deinde ſciendum eſt ex vndecim ſeruilibus quatuor eſſe, quæ etſi initio dictionis aliquando ſeruiunt; tamen in medio, ac fine, ſemper ſunt radicales, uidelicet, אלבש elbbaſc. Item alias quatuor in principio, & fine dictionis non raro ſeruire; in medio autem ſemper ad radicem pertinere, videlicet מנכה menocha. Denique reliquas tres תוי teui ubique radicales, & ſeruiles eſſe poſſe.

2 Quibus obſeruatis, oblata uoce, cuius radicem quærimus, initio remouendæ

uendæ ſunt omnes literæ ſeruiles & ſi quidem remanent literæ tres radicales, eæ ſine dubio radicem efficiunt. Quod ſi ſeruilibus remotis non remanent tres literæ radicales; uidendum eſt an è ſeruilibus eiuſdem uocis aliquæ ſint de numero earum, quæ ſunt ſemper de themate. At ſi ne hoc quidem modo inuenietur thema, expendendũ erit, num forte reliquæ literæ dictionis eiuſdem, quæ tum radicales, tum ſeruiles eſſe poſsũt, in ea dictione ſint radicales. Si denique conſtet, eas nõ eſſe vllo modo radicales, apparebit vocem ex imperfectis eſſe, hoc eſt ex quieſcẽtibus, vel defectiuis, & idcirco prępenendũ erit initio Nun, aut Iod: uel inſerendum in medio vau, aut iod; uel ad finem addendum He, aut Nun; aut certè ſecunda litera duplicanda.

CAPVT QVARTVM

De Syntaxi.



Voniam ea quæ ad constructionem pertinent, sūt ferè omnia Hebraicæ linguæ cum cæteris communia; & vſu, ac lectione ſcripturarū facile percipi poſſunt: rem totā paucis complectemur. Ac primum explicabimus constructionem quidem nominis cum verbo, deinde adiectiui cum ſubſtantiuo, tum ſubſtantiui cum ſubſtantiuo: postremò relatiui cum antecedente.

1 Nomen, & verbum in genere, numero, & perſona conuenire debent, vt Geneſis 1. וְהָאָרֶץ הָיְתָה vehaarets haietha; terra erat; יְהִי אוֹר iehi or, *ſit lux*. Hoc tamen non vbique ſeruatur:

ſæpe

ſæpe enim nomen generis maſculini
iungitur verbo generis fœminini, vt
lib.2 Reg. cap 13. verſ.37. וַתְּכַל דָּוִד vat-
techal Dauid, & ceſſauit Dauid; & con
tra, vt 1. Reg. c 25. v. 27. הֵבִיא שִׁפְחָתְךָ
heui ſciphchathecha, attulit ancilla tua
Sed in his & ſimilibus videtur intelli-
gendum aliquod verbum cõmodum,
vt ceſſauit Dauid, ideſt anima Daui-
dis; attulit ancilla tua, ideſt ſeruus pre-
miſſus nomine meo, quæ ſum ancilla
tua: vel certe ſcriptura magis ad rem
ſignificatam reſpicit, quam ad vocem
ſignificantem, vt Cant. cap 2. verſ 7.
הִשְׁבַּעְתִּי אֶתְכֶם בְּנוֹת יְרוּשָׁלַם אִם תָּעִירוּ וְאִם תְּעוֹ-
hiſebbanghti ethchem רְרוּ אֶת־הָאַהֲבָה:
benoth ieruſcialaim im tanghiru ue-
im tenghoreru eth haahaua. Adiuro
vos filiæ Ieruſalem, ſi excitetis, & ſi
euigilare faciatis, hoc eſt ne excitetis,

nève expergiſci ſinatis dilectam, vbi תעירו tanghiru, & תְעוֹרְרוּ tenghoreru, uerba ſunt generis maſculini, quia filiæ Ieruſalem appellantur ciues urbiũ, Ieroſolimæ ſubiectarum. Et Eccleſ 1. uer.2 אָמַר קוֹהֶלֶת amar Koheleth, dixit concionatrix, hoc eſt anima Salomonis, &c.

2 Quod dicimus de genere, etiam de numero dici poteſt. Inuenitur enim ſæpe nomen numeri ſingularis cum uerbo numeri pluralis, ut Hag.c.2 v.8. וּבָאוּ חֶמְדַּת גּוֹיִם uuau chemdath gohim, & uenient deſiderium gentiũ: & contra ut Gen 1.v.14. יְהִי מְאוֹרוֹת iehi meoroth, ſit luminaria: ſolet aũt hoc fieri præter cõmunem regulã, quando nomen ſingularis numeri regit nomẽ numeri pluralis, uel contra: tunc enim uerbum conuenit in numero cum po-

ſteriore

ſteriore nomine, etiam ſi in obliquo ſit, ut Iob. 15. v 20 מספר שנים נצפנו miſpar ſcianim nitſppenu numerus annorũ reconditi ſunt: Eccleſ. cap. 10 u. 1. זבובי מות יבאיש יביע שמן zeuuue maueth iauiſc iabbiangh ſciemen, muſcæ mortis, hoc eſt mortuæ perdit ſuauitatem unguenti. Ad uerbum, facit fœtere & exhalare (fœtorem) unguenti.

3 Solet etiam id fieri, quando nomen pluralis numeri diſtributiue exponi poteſt, ut Gen. c. 49. uer. 22. בנות צעדה banoth tſangada, filiæ diſcurrit, ideſt, unaquæque filiarum diſcurrit

4 Interdũ quoque id fit, cùm nomen plurale ſingularẽ ſignificat, ut Exodi c. 21. v. 4. אם אדוניו יתן im adonau itten ſi domini eius dederit, ideſt, ſi dominus eius dederit: accipitur enĩ paſſim nomen אדונים adonim pro אדון adon.

5 Ad

5 Ad myſterium denique Trinitatis insinuandum, ut Geneſis cap. 1. uer. 1. בָּרָא אֱלֹהִים bara elohim, creauit Dij, id eſt Deus in perſonis trinus creauit.

6 Eſt etiam animaduertendum ſæpe apud Hebræos deſiderari verbũ ſubſtantiuum, vt Pſal 34. v. 8. רְאוּ כִּי טוֹב יְהֹוָה reu chi tou iehoua, videte quia bonus (eſt) Dominus.

7 Item non rarò vſurpari tertiam perſonam verbi actiui in paſſiua ſignificatione, vt Geneſ. 16. עַל־כֵּן קָרָא לִבְאֵר בְּאֵר לַחַי רֹאִי nghal chen Kara liuer beer lachai roi, propterea vocauit puteum, puteũ idest, vocatus eſt puteus, vel vocauit quiſpiã, hoc eſt cœptus eſt vocari iam tum puteus viuentis, & vidẽtis.

8 Adiectiuum, & ſubſtantiuum, in genere, numero, & caſu plerunque conſentiunt, vt Cant. cap. 4. verſ. 1.

רַעְיָתִי

יָפָה רַעְיָתִי iapha ranghiathi pulchra amica mea. Cant. 5. verſ. 10. דּוֹדִי צַח dodi tſach, dilectus meus candidus. Interdum tamen, ſed rarò, inuenitur adiectiuū generis maſculini cum ſubſtantiuo generis fœminini, vt Exodi 11. ver. 6. צְעָקָה כָּמֹהוּ tſenghaka camohu ſicut ipſe, hoc eſt acclamatio ſicut ipſa.

9 Interdum etiam adiectiuum numeri ſingularis cum ſubſtantiuo numeri pluralis, vt Eſa. cap. 19 v. 4. אֲדֹנִים קָשֶׁה adonim Kaſſcia, dominorum duri, ideſt, durorum.

10 Quando autem adiectiuum cum ſubſtantiuo nō concordat in caſu, ſed adiectiuum in nominatiuo ſubſtantiuum in genitiuo eſt exponi debet adiectiuum per ſuperlatiuum, vel comparatiuum, vt 1. Reg. cap 21. verſ. 7. אַדִּיר הָרֹעִים addir haronghim, potens

paſto-

paſtorum, ideſt præſtantiſſimus, hoc eſt princeps, præfectus. Iſa. cap 29. ver. 11. חַכְמֵי יֹעֲצֵי chachme ionghatſe, ſapientiſſimi conſiliariorum, uel ſapientiores conſiliariorum.

11 Adiectiua quoque, quæ apud Latinos ablatiuum regunt, apud Hebręos regunt genitiuum, ut Ioel. 2. uer. 5. עֲרוּךְ מִלְחָמָה ngharocmilchoma, inſtructus prœlij, ideſt prœlio, uel ad prœlium. Pſalm. 24. uer. 4 נְקִי כַפַּיִם וּבַר לֵבָב neki cappaim uuar leuau, mundus manuum, & mundus cordis, ideſt, mundus manibus, & corde.

12 Subſtantiuum quãdo iungitur ſubſtantiuo, fere unum nominatiui, alterum genitiui caſus eſt ut Eccleſ cap 1. uerſ 1. דִּבְרֵי קֹהֶלֶת בֶּן-דָּוִד diure Koheleth ben Dauid. Verba Eccleſiaſtæ filij Dauidis.

13 Solet

13 Solet etiam substantiuum habere formam regiminis genitiui, etiam non sequente genitiuo sed literis seruilibus שֶׁבְּלֵם sciebalem, ut Ecclesiastæ cap. 11 ver. 3. מְקוֹם שֶׁיִּפּוֹל mekom scieippol, locus quo cadet. 2. Regum cap 1. ver. 21. הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ hare baggilbboangh, montes in Gelboe. Iob cap. 18. ver. 2. קִנְצֵי לְמִלִּין Kintse lemillin, fines sermonibus. Ezechielis cap. 13. vers. 2. נְבִיאֵי מִלִּבָּם neuie millibbam, Prophetæ ex corde suo. Idem iudicium de particulis his literis significatione respondentibus, ut אֲשֶׁר את ascier eth, & harum similibus. Porrò frequentissime apud Hebræos genitiuus nominis substantiui fœminini ponitur pro adiectiuo, ut Exodi cap. 3. uers 5. אַדְמַת קֹדֶשׁ admath kodesc, terra sanctitatis, idest, terra sancta.

14 Ver-

14 Verbalia actionem ſignificantia nonnunquam caſum ſuorum verborum admittunt, vt כְּמַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֶת-סְדֹם chemahappechath elohim eth ſedom, ſecundum euerſionem Dei, Sodomam &c. ideſt, ſicut euertit Deus Sodomam. Item כְּאַהֲבַת יְהוָה אֶת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל caahauath iehoua eth bene Iſrael, ſecundum amorem Domini filios Iſrael, ideſt ſicut Dominus amat filios Iſrael.

15 Relatiuũ, & antecedens apud Hebræos non poſſunt non conuenire, quum אֲשֶׁר aſcier, quod eſt relatiuum, ſit utriuſque generis, & numeri, nec per caſus declinetur.

16 Eſt autem diligenter notandum, relatiuum interdum omitti, ac ſubintelligi: ſicut etiam aliquando omittitur, ac ſubintelligitur antecedens: interdum

terdum autem ſubiungi relatiuo pronomen, quod apud Græcos, & Latinos, ſuperuacaneum videretur. Exempla, Iob cap. 19. v. 19. וזה אה בתי נהפבו בי ueze ahauti nephechu bi, & hi (quos, ſubintellige) diligebam, uerſi ſunt in me. Geneſis cap. 44. ver. 1. ויצו את אשר על-ביתו לאמור uaijetſau eth aſcier nghal betho lemor, & præcepit (ei, ſubintellige) qui ſuper domum ſuam præpoſitus erat, dicens. Geneſis cap. 1. uer 11. אשר זרעו בו aſcier zarngho bo, cuius ſemen eius in ipſo ſit. Pſalm. 1. uerſ. 5. במוץ אשר תדפנו רוח cammots aſcier tiddephennu ruach, ſicut gluma, quam proijcit eam uentus:

APPENDIX DE VERBI conſtructione.

1 Verbum præter normam interdum conuenit genere, & numero cum poſteriore nomine

mine, quod regitur, etiam si sensu cum priore cohereat. Gen. 4. v. 9. קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ צֹעֲקִים *Kol deme achicha tsonghakim, vox sanguinum fratris tui clamant, pro clamat. 1 Reg. 2. v. 4* קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים *Kescieth ghibborim chattim, arcus fortium fracti, pro* חַת *chat, fractus.*

2 *Significatio verbi Habeo, effertur per uerbum substantiuũ* הָיָה *haia, fuit, ut apud Latinos est mihi liber, est mihi pater, ut* וַיְהִי לוֹ מִקְנֵי צֹאן *uaiehi lo mikne tson, & fuit illi possessio pecoris. Sæpe tamen hoc uerbum omittitur, ut* וּלְשָׂרָה בֵן *ulesara uen, & Saræ filius, scilicet erit* לִי סְפָרִים רַבִּים *li sepharim rabbim. Mihi multi libri, scilicet sunt.*

3 *Verbis, quæ uoluntatem, facultatemuè significant, additur Infinitus, uel potius Gerundium cum* ל, *ut* לֹא חָפַצְתִּי לְקַחְתָּהּ *lo chaphatsti lekachtaha, non uolui accipere eam:*

לְהִתְהַפֵּךְ

לו יָקוֹל יוֹסֵף לְהִתְאַפֵּק *lo iakol Iosephlebith-happek, non potuit Ioseph continere se. Interdum tamen* ל *omittitur.*


4 *Infinitiuus augendę significationis gratia, sui uerbi pręterito, aut futuro sæpe præponitur: Imperatiuo uerò postponitur; ut* רָאֹה רָאִיתִי *reo raithi, uidendo uidi,* בֹּא יָבוֹא *bo iauo, ueniendo ueniet,* שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ *sciamoangh scimnghu, audite audiendo.*



PARS QVINTA,

DE POETICA VNIVERSE,

Siue de Metris, & Canticis recentiorum Hebræorum.






Etus quidem Poetica Mosis, & Prophetarum hoc tempore penitus ignoratur: Veruntamen recentiorū Hebræorum Cantica rythmicis maxime uersibus constant quales ferme à plerisque proximis hisce sæculis condebantur: quos Leoninos appellant. Quoniam

tamen

tamen ipsi quoque recẽtiorum Hebraici uersus certo aliquo tùm pedum, tùm syllabarũ numero continentur; primùm de syllabis, ac pedibus; deinde etiam de uario carminum, rhythmorumq. genere disseretur.

CAPVT PRIMVM

De Syllabis, ac Pedibus.





Yllabæ aliæ longæ, aliæ breues. Longæ, quæ constãt uno ex decem punctis uocalibus. Breues, quæ habent sceua mobile, siue simplex, siue compositũ, scilicet cateph patach, uel cateph segol, aut sciurec initio dictionis ante literas labiales בומף bumaph, & ante alterũ sceua, cũ ponitur pro ו coniunctione.

2 Sceuà quiescens vt in lectione, ita etiam in carmine negligitur: cùm syllabarum numerum non augeat, nisi per diœresim pronuncietur, aut per diastolen producatur, vt suis locis dicetur.

3 Patach necessitatis literis gutturalibus חהע in extremis dictionibus additum, in carmine propriam syllabam facit. Ergo מְשִׁיחַ Masciach, Christus, שׁוֹמֵעַ sciomeangh, audiens, trisyllaba habentur, quæ alioquin ratione accentus tantum disyllaba censentur: Idemq; de alijs eiusmodi dicendum.

4 Pedes, quibus in versibus vtuntur Hebræi, duo sunt: alter dicitur תְּנוּעָה tenungha, motio; & constat cum syllaba longa, vt תָּם tam, præfectus, לוֹ lo, ei. Alter dicitur יָתֵד iathed, clauus: qui duabus constat syllabis, longa, & breui,

ui, inſtar iambi, vt לְךָ lecha, tibi, עֲמֹד nghamod, ſtare, אֱמוֹר emor, dic וּרְאֵה vree, & vide, וּפֶה vphe, & os. Porrò ex his duobus pedibus Thenûgha, & lated varie permixtis ſiunt alij quatuor, qui nobis appellãtur Spondęus - - דָּבָר dauar, verbum: Bacchius ‿ - - דְּבָרִים deuarim, verba: Creticus - ‿ - כּוֹרְמִים coremim, vinitores: Moloſſus פָּרָשִׁים paraſcim, equites. Per hos quatuor pedes, & Iambum, quippe voce, vſuq; notiores, Hebræorum carmina metiemur.

CAPVT SECVNDVM

De quibuſdam verſuum appellationibus.

HAebræi plerique ad finem vſque carminis binos verſus coniun-

gunt,

gunt, vt in noſtris elegijs, vel diſtichis fieri ſolet. Priorem verſum, qui velut Hexametro reſpondet, appellant דֶּלֶת daleth, oſtium, quod per illud fiat ingreſſus in carmen. Poſteriorem, qui Pentametri loco eſt, vocant סֶגוֹר ſegor, ideſt clauſulam; quia verſum claudit. Vtrumque verò coniunctum nominant בַּיִת baith, domum, nos diſtichon poſſumus appellare. Debet autem סֶגוֹר ſegor, vel ſubſcribi verſui דֶּלֶת daleth, vt in Latinis diſtichis fieri cernimus; vel ſi in eadem quoque linea ob ſyllabarum paucitatem ſcribatur, ita duobus craſſioribus punctis diſtingui, vt per ſe ſingula ſpectari poſſint hoc modo:

מִרְיָם שֶׁוָּלְדָת לָנוּ חֵן : שִׁירְנוּ אוֹתָךְ יְרַנֵּן,

Miriam ſcieualadth lanu chem ſcire nu othac ierannen.

Maria,


Maria, quæ peperisti nobis gratiam, carmen nostrum te laudabit.

2 Denique carmen continens בָּתִּים battim, siue disticha pauciora quàm decem, dicitur פָּסוּק pasuk, comprehensio, ambitus, Epigramma. Quod vero decem, vel plura complectitur, vocatur שִׁירָה scira, vel שִׁיר scir, canticum, siue carmen.

3 Tres aliæ versuum appellationes in proximo capite explicabuntur.

CAPVT TERTIVM

De Rythmo versuum.





Hebræi recentiores ad sua carmina condienda rythmum tanquam salem adhibere solent: Fit autem rythmus tribus fere modis.

1 Ac primus quidem modus eſt, cùm ſolæ literæ ſimplices, nulla habita punctorũ ratione cõueniunt, vt דֶבֶר דָבָר deuer, dauar, verbum, peſtis, כּוֹס מַס cos, mas, tributum, calix. Porrò hic rythmus dicitur עוֹבֵר nghouer, tranſiens, ſeu vulgaris; quod ita tranſeat aures, vt vix agnoſcatur. Raro inuenitur, eo quod nihil ferme artis habere videatur.

2 Secundus modus eſt ornatior, cùm in integra extrema ſyllaba tùm literę, tùm puncta conueniunt, vt בֶּרֶךְ דֶּרֶךְ berec, derec, via, genu Atque hîc appellatur רָאוּי raui, conſpicuus.

3 Tertius demum eſt ornatiſſimus, quum duæ extremæ, vel plures ſyllabæ literis, aut certe vocalibus ſimiliter cadunt. Atque hic rythmus propterea vocatur מְשֻׁבָּח meſciuccat, ideſt excellens,

cellens, qui Hebræis eſt admodum fa-
miliaris.

4 Porrò in his tribus rythmorum ge
neribus ex literis, & vocalibus, quæ
pronunciantur, aut ſono inter ſe ſunt
affines, vna pro alia non rarò vſurpa-
tur. Ergo hæ ſyllabæ:

אָה עָה: בָא וָא פָא: צָא צָה:

רָא רָה רֵי: רוֹן רוֹן:

Rythmum efficiunt etiam in Canti-
cis Eliæ, qui in hac facultate videtur fa
cile princeps. Literæ autem affines, ſi
milisve ſoni ſunt hæ:


:סש :צז בק :בופ :רטת :א ה:

Et ſi quæ ſunt aliæ.



CAPVT QVARTVM

De locis Rythmi.





Ed iam uidendum eſt, quibus locis rythmus adhibeatur. Ac primum quidẽ Segor unius Baith, ſeu diſtichi, & Segor alterius eundem rythmum per totum carmen habet: ita ut Daleth utriuſque Baith ab omni rythmo liberum ſit, hoc modo:

Elias in Præfatione Tisbi.

אהיה קל כנשר וצבי	*Daleth*
גם עז כנמר או לבי	*Segor*
אשים פני כחלמיש	*Daleth*
לעשות ברצון אלי אבי:	*Segor*

Eie Kal canneſcier utſeui
Gam nghaz cannamer ò laui
— — — — — — — —

Aſim

Aſim panai cachallamiſc,
Langhaſoth chirtſon eli aui.
Ero velox ſicut Aquila, & Hinnulus:
Et fortis ſicut Pardus , aut Leo:
Ponam faciem meam ſicut Petram:
Ad agendum iuxta voluntatẽ Dei mei ,
Patris mei.

2 Idem fit in his dimetris Latinis.

Agamus cuncti gratias
Noſtræ ſalutis vindici
Scelus vitemus peſſimum
Puri occurramus iudici.

Vt enim hîc vindici , & iudici ; ita ibi אֲבִי aui , & לְבִי laui , in ſegor rythmum ſimilem efficiunt.

3 Nihil vero videtur obſtare , quominus etiã daleth vnius diſtichi, ſiue בַּיִת baith cum daleth alterius in rythmo finali conuenire poſſint. Porrò hoc carmen tythmicum uocatur שִׁיר קָשׁוּר

ſcir Kaſciur, carmen ligatũ; quo Elias, & alij, qui Epigrammata ſcribunt, frequenter vtuntur.

4 Altera rythmi ratio eſt adhuc præſtantior, quum Daleth, & Segor in quolibet Baith, ſiue Diſticho eundem rythmum finalem habent, ut

Daleth אֶשָּׂא לִבִּי גַם כַּפַּיִם
Segor אֶל-הַיּוֹשֵׁב בַּשָּׁמַיִם
Daleth מִכָּל-רָעָה יַצִּילֵנוּ
Segor כִּי יֶשְׁנוֹ תָמִיד עֶזְרֵנוּ

Aſa libbi gam cappaim,
El haijoſcieu baſciamaim
Miccol rangha iatſileni
Chi ieſcno tamid nghezrenu.

Extollam cor meum, & manus meas
Ad ſedentem in cælis
Ex omni malo eruet nos,
Quia ipſe eſt ſemper auxilium noſtrum.

5 Atque hoc carmẽ κατ' ἐξοχὴν dicitur

חַרוּזִי

שִׁיר חֲרוּזִי ſcir charuzi, carmen rythmicum; in quo uel ſingula Battim ſuum rythmum habere poſſunt ut in duobus proximis uidere licuit; uel omnes uerſus ad extremum uſque carmen, eundem plane rythmum retinent; atque ita ſimiliter deſinunt. Exemplo ſit ſecundum Canticum Eliæ; in quo uerſus omnes, qui numero ſunt octo ac uiginti exeunt in נִת. Quidam carmen קָשׁוּר Kaſciur, & חֲרוּזִי charuzi, paulò aliter explicant. Verùm quæ diximus ex Eliæ ſententia, atque aliorum Poeticæ Hebraicæ magis uidentur accommodata.

7 Tertia rythmi ratio eſt cum duo Battim ſiue Diſtica ita conſtrui poſſunt, ut utriuſque Segor eundem rythmum finalem ſortiatur; ut fit in carmine caſciur; utrumque uerò hemi-

ſtichium

ſtichium prius cuiuſque ſegor ſimiliter deſinant, quæ dicuntur tres pauſæ.

Elias Cant. 5.

אֲחַוֶּה אֶת-דֵּעִי בְּשֵׁם הָאֵל רוֹעִי
וְהוּ יִתֵּן יִשְׁעִי לְיַשֵּׁר מַעְגָּלִים:
לְבָבִי אוֹדִיעַ וְדִקְדּוּק אַבִּיעַ
בְּרֶגֶשׁ אַצִּיעַ פְּרָטִים וּכְלָלִים

Achaue eth dēghi beſciem hael rōghi
Vehu itten iſceghi leiaſſcier mangha galim
Leuaui odiangh vedikdduk abbiangh
Beragheſc attſiāgh peratim vchelalim

Indicabo ſcientiam meam, in nomine Domini paſcentis me.
Et ipſa dabit auxilium mihi ad dirigendos calles.
Cor meū erudiam, et Grāmaticāeructabo,
De raghes proponā propria, & uniuerſa.

8 Simile quiddā cernitur in his latinis.

Quamquam tacet, multis placet,

Raro

Raro iacet vir optimus,
Quicquid loquetur, despicietur,
Nec coletur pessimus.

9 Huius porrò generis carmen appellatur שִׁיר מְחֻלָּק scir mechullak, carmen diuisum.

CAPVT QVINTVM
De carmine simplici, & composito.

EX illa priore diuisione pedũ Hebraicorũ duplex genus carminis oritur. Nam quòd è solis תְנוּעוֹת tenunghoth, ideſt ſyllabis longis cõſtat, neque ullum ſceua mobile recipit, uocatur פָשׁוּט paſciut ſimplex. Huius tantum unum genus uſitatum reperitur, quod ſpondæis quatuor conſtat.

Elias Cant. 2.

אָשִׁירָהנָּה שִׁיר נִכְבָּדוֹת
בֵּאֵר הַטֵּב וּבְלִי הִידוֹת


Aſci-

Aſcirana ſcir nichebbadoth
Baer heteu vueli hidoth.

Cantabo iam canticum rerum grauium,
Explicando bene, & ſine enigmate.

Appellatur etiam carmen quadratum, eo quod ex duabus quadratis dimenſionibus conſtet.


2. Quod autem partim ex תְנוּעוֹת tenunghoth, partim ex יָתֵד iated, conflatur, dicitur שִׁיר מוּרְכָּב ſcir murechau, carmen compoſitum. De cuius generibus, ac dimenſionibus proximo capite agemus.



C A-

CAPVT SEXTVM

De duodeuiginti generibus carminis compositi.



Rimum quidem Iambo cõſtat & ſpondæis duobus.

קְצָתָם עַתִּיקִים
קְצָתָם נֶחְשָׁלִים

Ketſatham nghattikim
Ketſatham nechſcialim.
Quidam eorum (ſunt) fortes,
Quidam eorum infirmi.

2 Secundum Spondæo, Iambo, & Spondæo.

רָפֶה בְּהִתְפַּלֵּל
יֵדַע בְּעֵינֵי אֵל

Raphe behithppallel
Ierangh benghene el.
Remiſſus in precando

Displicebit in oculis Dei.

3 Tertium Spondæo, Bacchio, & Iambo.

בָּרָא אֱלֹהִים אֱנוֹשׁ
בַּגַּן מְרִימוֹ לָרוֹשׁ

Bara elohim enosc
Baggan merimo larosc.
Creauit Deus hominem
In horto, extollens eum in principem.

In fine Segor, seu clausulæ mutatur etiam Iambus in Spondæum, vt hîc vides.

4 Quartum constat Cretico, Spondæo, & Iambo.

טוֹב יְהוֹשׁוּעַ שְׁלַח לִי
חִנְּךָ קָדוֹשׁ בְּלִבִּי

Tou iehosciuangh scielach li
Chinnecha Kadosc belibbi.
Bone Iesu mitte mihi
Gratiam tuam sanctam in cor meum.

Quintum

5 Quintum Spondæo, & duobus Bachijs.

יֵבֵשׁ בְּקָרְאִי גְרוֹנִי
דָּבֵק לְחִכִּי לְשׁוֹנִי

Iaueſc bekori gheroni
Dauek lechichi leſcioni.

Aruit in clamore meo guttur meum:
Adhæſit faucibus meis lingua mea.

6 Sextum Spondæo, Iambo, & duobus ſpondæis.

קוּמָה אֱלֹהִים עֶזְרָתָה
לִּי וַעֲנֵה בַּצָּרָתָה

Kuma elohim nghezratha
Li vanghane batſaratha.

Surge Deus in auxilium
Mihi, & exaudi in tribulatione.

7 Septimum Iambo, Spondæo, Iambo, Spondæo.

אֲשֶׁר יֵלֵךְ בְּדֶרֶךְ רַע
אֲבָל קוֹל צוֹרְרָיו יִשְׁמַע׃

 Aſcier

Aſcier ielec bederec rangh
Aual Kol tſorarau iſcmangh.
Qui ambulat in via mala
Sane vocem hostium (dæmonum) ſuorum audiet.

8 Octauum Iambo, duobus ſpondæis, & Bacchis.

מְהֻלָּל לְעוֹלִים אֱלֹהִים
אֲשֶׁר עָשָׂה עִמִּי חֲסָדִים׃
Mehullal langholim elohim
Aſcier nghaſa nghimmi chaſadim.
Laudandus in æternum Dominus,
Qui fecit mecum miſericordias.

9 Nonum quatuor Creticis.

כֹּל אֲשֶׁר מַעֲשֵׂי גְדֻלֶּךָ יָדְעוּ
בֶּאֱמֶת וַחֲמוּד טוּבְךָ שִׁבְּחוּ׃
Col aſcier manghaſe gudlecha iadenghu
Beemeth vachamud tuuecha ſciuchu.

Omnes

Omnes, qui opera magnitudinis tuæ intellexerunt,
In veritate, & desiderio bonitatē tuam prædicauerunt.

10 Decimum Iambo, duobus ſpondæis, Iambo, & Spondæo, tametſi primo loco Spondæus, ſecundo etiam Iambus eſſe poteſt.

בְּשֵׁם אֵל חַי הֶגְיוֹן לְשׁוֹנֵנוּ
בְּעוֹד רוּחַ חַיִּים בְּאַפֵּנוּ :

Beſciem el chai egion leſcionenu
Benghod ruach chaijm beappenu.

In nomine Dei viui ſermo linguæ noſtræ:
Quandiu ſpiritus vitæ in naribus noſtris.

11 Vndecimum Spondæo, Iambo, Spondæo, Iambo, & Moloſſo, vel Spondæo.

עֵת שַׁעֲרֵי רָצוֹן לְהִפָּתֵחַ
הַיּוֹם אֶהִי בַּפַּי לְאֵל שׁוֹטֵחַ:

Ngheth ſcianghare ratſon lehippatheach

Haijom chi cappai leel ſcioteach:

Tempus (eſt vt) portæ bonę volunta-
tis aperiantur,
Hodie ero manus meas ad Deum ex-
panſurus.

12 Duodecimum Iambo, vel Spondæo, Spondæo, vel Iambo, Iambo, Spondęo, Bacchio.

רְאוּ סֵפֶר בְּהוֹד שֶׁפֶר וְיָפְיוֹ
פְּנֵי רֵעָיו מְבַיְּשׁהוּ וּמַלְבִּין׃

Reu ſepher behod ſciepher veiophio
Pene renghau meuaijeſciu vmalbbin.

Jntuemini librum in magnificentia, de-
core, & pulchritudine eius,
Facies ſuorum ſociorum confundit, &
pallidas reddit.

Elias in radicibus Kimchi. Sed abeſt rythmus.

13 Tertiumdecimum binis ſpondęis, & Iambis alternis, & Iambo.

כפא אבי קהל ושר עליון
מכל שליחים עם עזר אב יון:

Chepha aui Kahal vesar nghelion
Miccol scielichim ngham nghazor euion.

Petre Pater Ecclesiæ, ac Princeps excelse
Præ omnibus Apostolis, populum iuua pauperem.

14 Quartumdecimũ constat ex quinque Bachijs.

לדבר תהלות למירים לכו כל משיחים
והי ילדה-אלהים בתמות בתולים:

Ledabber tehilloth lemiriam lecu col mescichim
Vehi ialda elohim bethumoth bethulim.

Ad dicendum laudes Mariæ venite omnes Christiani,
Quia ipsa peperit Deum in integritate virginitatis.

15 Quintumdecimũ componitur ex primo, cuius idcirco metrum tantum duplicatur.

|--|--|-⏑|--|--|-⏑

Huius generis duo diſticha allata ſunt ſupra extremo capite quinto, num.7. ex Eliæ cantico quarto pro carmine מְחֻלָּק mechulack ſine diuiſo; cuius initiũ אֲחַוֶּה achaue, indicabo, &c. quę eſt tertia rythmi ratio.

16 Sextumdecimum ternis ſpondęis, & Iambis alternis cõſtat; hoc eſt ſpondæo, Iambo, ſpondæo Iambo, ſpondæo, Iambo.

לִי תַעֲזוֹר אֵלִי וְיָדִי יְחַזֵּק
הִנֵּה בְּלִי עֶזְרָתְךָ אִינַע לְרִיק:

Li tanghazor eli veiadi iachazik
Inne beli nghezrathecha igangh lerik.

Me iuua Deus meus, & manum meam confirma,

Ecce

Ecce sine ope tua laboro inaniter.

17 Scptimũdecimũ Bacchio, Iambo, Spondæo, Bacchio, Iambo, Spondęo.

אֱמֶת אֵל אֱמֶת אַתָּה וְאִם-לוֹא רְאִיתִיךָ
וְוּלָם׳ בְּרוֹב טוּבְךָ בְּכָל-עֵת חָסִיתִיךָ׃

Emeth el emeth atta veim lo reithicha
Veulá berou tuuach bechol ngheth chasithicha.

Veritas es tu Deus, *veritas* (*inquam*) *quod si non te vidi;*
Tamen in multitudine bonitatis tuæ semper speraui in te.

18 Duodeuigesimum, & postremum conflatur è Spondæo, Iambo, duobus Spondæis, Iambo, vel Bacchio, & Spondęo.

אֶת-רוּחֲךָ קָדוֹשׁ אָנָא שְׁלַח בָּנוּ
כִּי-הוּ יְשַׂמַּח בַּדָּרְךָ בֶּאֱמֶת לִבֵּנוּ

Eth ruchacha Kadosc ana scielach banu

Chi-

Chihu ieſamach badar beemèth lib
benu.

Spiritum ſanctum tuum (Deus) obſecro mitte in nos,

Quia ipſe exhilarat duntaxat vere cor noſtrum.

ADMONITIO.

1 *Hæc ferè ſunt carminum genera, quæ ab inſignibus autoribus vel vſurpata ſunt, vel ad vſum ſcribendi propoſita. In quibus ſi ſe Hebraicę linguę ſtudioſus exercere velit; præſtat a quadrato, ſiue ſimplici, omniumq. facillimo initium facere, atque inde ad unum, ſeu plura ex compoſitis progredi; quæ cuiuſque ingenio maxime accommodata uidebuntur.*

2 *Sunt qui uelint cuiuis liberum eſſe noua, & a ſuperioribus diuerſa carminum genera ſibi excogitare. Verùm quum tot, ac*

tam uaria ſint nobis iam a uiris peritiſsimis huius linguæ propoſita; tutius erit horum ſe imitatorem profiteri, quàm eſſe nouę, ac fortaſſe temerariæ artis autorem.

CAPVT SEPTIMVM
De figuris verſuum Hebraicorum.



Abent & Hebræorum verſus ſuas figuras: quarum nomina, & proprietas ex Latina proſodia iam nota eſſe omnibus debet.

1. SYNÆRESIS.

1 Reperitur hæc figura potiſſimum in ſceua ſimplici mobili, atque in vtroque compoſito cateph patach, & cateph ſegol. De quibus hæ duę regulę proponuntur.

2 Prima,

2 Prima, Sceua ſimplex ſub litera initiali, ſub agheſſata, & poſt punctum longum, frequēter cum ſequente puncto coaleſcit, & cum eo vnam ſyllabā efficit, ut ex his tribus quadratis Eliæ verſibus (Cant. 2.) intelliges.

בְּמְקוֹם שׁוּרֵק שָׁלוֹם נְקֻדּוֹת

Bimkom ſciurek ſcialom nekuddoth

In loco ſciurec tria puncta, ideſt Kibbuts.

Hîc vox נְקֻדּוֹת nekuddoth habens ſceua initiale, ſpondæum efficit; ac ſi ſcriptum eſſet נְקֻדּוֹת nukddoth diſſilabū.

וַאֲבָאֵר עֶשֶׂר הַנְּקֻדּוֹת

Vaauaer ngheſer hannekuddoth.

Et explicabo decem puncta.

Vox הַנְּקֻדּוֹת hannekuddot habēs ſceua agheſſata, triſyllaba eſt; quaſi הַנְּקֻדּוֹת.
De triſyllaba vide ſequentē regulam.

רַק אִם-בְּטַעַם הֵן עוֹמְדוֹת

Rak im batanghá hen nghomedoth.

Niſi

Nisi quando cum accentu consistunt, id-est vocales.

Vox עוֹמְדוֹת nghomedoth habens sceua post longam vocalē, spondæum efficit, ac si esset עָמְדוֹת.

3 Secunda, Vtrumque sceua compositum cateph patach, & cateph segol, eodem modo, quo simplex, cum sequente puncto coalescit, & in vnam syllabam cōtrahitur. Vtriusque exemplū habes in hoc versu quadrato Eliæ, Cant. 2. רְפוֹת אַחֲרֵי הֵן נֶאֱגָדוֹת

Raphoth achare hen neegadoth.

Raphatæ tum congregantur.

Hîc vox אַחֲרֵי disyllaba est, quasi אַחְרֵי achre, & נֶאֱגָדוֹת trisyllaba, quasi נֶאְגָדוֹת negadoth. Hûc etiā spectat vocabulū וַאֲבָאֵר paulò ante in exēplo propositū. Est enim ex hac regula trisyllabū, perinde ac si scriberetur וַאְבָאֵר vabbaer.

2 Dia-

2. DIACRESIS.

1 S ceua quieſcens poſt punctum breue, nonnunquam metri neceſſitate fit mobile, ita vt a ſuo pũcto, & litera præcedente, cum qua in vna ſyllaba cohærebat, penitus diſtrahatur, vt

בֻּלָּם כְּאֶחָד נֶחְלְקוּ וַיִ־הְיוּ

Cullam cheechad nichleku vaijheu.

Omnes ſicut unus diuiduntur, et erũt, etc.

Hic וַיִ־הְיוּ fit quadriſyllabum pro וַיִּהְיוּ vaijhu, triſyllabo. Eſt enim carmen generis xvj.

3. ECTASIS, ſiue Diaſtole.

1 ו initiale poſitum pro וְ copulatiuo, per hanc figuram (ſiue ſequatur ſceuata litera, ſiue non) producitur, vt Cant. 2. quadrato Eliæ.

בְּאֵר הֵטֵב וּבְלִי הִידוֹת

Baer heteu vueli hidoth.

Ex-

Explicare bene, & sine ænigmate.

Et ibidem וּמִדָּגֵשׁ הֵן נִפְרָדוֹת

Vmiddaghesc hen niphradoth.

Et a daghes separantur.

In priore versu וּבְלִי, & in posterioré וּמִדָּגֵשׁ producit ו initiale, quod alioquin breuem syllabam facere solet, vt diximus supra cap. 1. nu. 1. huius partis.

2 Sceua simplex mobile produci videtur in voce בְּיוֹד Cant. 7, Eliæ, disticho 9. quod est decimi generis carmẽ.

וְכַאֲשֶׁר בְּיוֹד יִהְיֶה חִירֶק

Vechaascier beiod ieie chirek.

Et quando in Iod fuerit chiric.

Nisi malis elidi Iod, & patach sceua produci, quod minus probabile videtur.

4. TMESIS DVPLEX.

Prior.

1 Hebræi suos versus non semper con-

continenti, & omnino cohærenti syllabarum serie scribunt, more Latinorum: sed singulos pro pedum multitudine, modo in duas, modo in tres, modo in quatuor regiones, seu spatia diuidunt, salua tamen eadem prorsus integritate, & ratione metrica. Atque harum regionum initium plerunque facit יָתֵד siue Iambus, qui partes versus aliquo interuallo distinguit, vt Elias Cant. 1.

אשה לבבי נא אלי כ פים
אל-אל אשר חסדו בהשמים

Esa leuaui na ele cappaim
El el ascier chasdo, behasciamaim:

Leuabo cor meum nunc ad manus
Ad Deum, cuius misericordia in cælis.

Nota ה demonstratiuum post ב in voce vltima.

2 Quod si יָתֵד hîc incidat in mediam dictio-

dictionem, distrahitur illa per Tmesin interposito signo coniũctionis instar maccaph, & quicquid est ante illud יַתֵּר cum antecedentibus connectitur; ita vt יַתֵּר sit initium nouæ regionis, vt in his tribus exemplis videbis Eliæ, Cant. 7.

שְׁבָא זֶה יֵצֵא מִ-כְּלָל הִנֵּה

Scieua ze ietse mi velal inne.

Sceua trãsgreditur regulam hanc Ecce:

יְקַדְמוּהוּ חֲמִשָּׁה הַ-גְּדוֹלִים

Iekadmuu chamiscia hagghedolim.

Præcedent ipsum quinque magna.

לִי יַ-עֲזוֹר כַּיּוֹם וְיָדִי יַ-חֲזִיק

Li ia nghazor caijom veiadi ia chazik

Mihi auxiliabitur iuxta diem, & manũ meam roborabit.

3 Idem fit in carmine quadrato ob solam versus aliquã distinctionem, etiã si illud Iambum nõ habeat, vt Cant. 2.

אוֹתוֹ מְבִי-עוֹת וּמְנַדּוֹת

Otho meui nghoth vmnaddoth.

Ipsum mobile reddunt, atque cõmouent:

Prior hoc Tmesis ad vnam scriptionis elegantiam videtur pertinere.

Posterior TMESIS.

4 Integra dictio interdum ita distrahitur, vt prior illius pars precedentem versum finiat; posterior verò sequentem inchoet, vt Cant. 1. Eliç, disticho 4

הִלּוּךְ וְדִין נִקּוּד וְאוֹתִיּוֹת וּמִשְׁ·

פְּטָם לְאוֹר אוֹצִיא כְּצָהֳרַיִם

Hilluc vedin nikkud veothijoth
vmisc

Ppatam leor otsi chetsaharaim.

Vsum, & ius punctationis, & notarũ,
Et iudicium eorum in lucem proferam,
ut meridiem:

5 Sic apud eundẽ Cant. 4. disticho 6.

distra-

diſtrahitur in duobus verſibus hæc vox וְשֵׁ-לֵין & fœlicitas:

6 Verùm hæc poſterior Tmeſis minus frequens eſt in carmine: in oratione autem ſoluta locum non habet, etiã ſi apud Latinos, Græcosq. nuſquam non obuia ſit. Hebræi enim, quando vnus verſus, vel vt appellant, linea orationis ſolutę vocabulum integrum ob ſpatij anguſtias capere non poteſt, relicta ibi vna, vel pluribus eius literis tanquam obſidibus, totum in proxime ſequenti verſu ſeponunt, hoc modo:

פ קָמֶץ הַגָּדוֹל נִקְרָא כִּי אָאָדָם יְקַמֵּץ
ו פִּיהוּ בְּמִבְטָאוֹ וְהוּ מוּרְכָּב מֵהַפַּתַח
וְהַחֹלֶם תַּחַת הָאוֹת כְּמוֹ וָ זָ חָ

Kamets haggadol chen nikra chi haadam ikemats

Pihu vammiutao vehu mureccau mehappathach

Vehacholem tachath haoth chemo
va za cha.

Kamets magnum vocatur, quia homo colligit os suum in prolatione ipsius. Est autem compositum ex patach, & cholem, sub litera, vt va, za, cha.

ADNOTATIO.

Si syllabæ, hac posteriore Tmesi resecãdæ, habeant daghes forte, non fit distractio: sed integra dictione ibi relicta (eo quod daghes forte initio sequẽtis uersus proferri nõ possit) ille prior uersus fit hypermeter, syllabam habens superuacaneam: quę tamen referenda sit ad initium sequentis versus, cuius iccirco prima syllaba desideratur, vt

יִשְׂמַח וְיָשִׂישׂ כְּגִבּוֹר
-עֵת שְׁלוֹף חַרְבּוֹ

Iscemach veiascisc cheghibbor
Ngheth scioleph charbbo.

Gau-

Gaudebit, & exultabit ſicut Gigas
Tempore educendi gladium ſuum.

9 In hoc diſticho, quum daleth ſit tertij generis ſupereſt ſyllaba בור, addenda ſequenti ſegor: cui vna deeſt ſyllaba, quum ſit ſecundi generis. Eiuſmodi tamen hypermetri verſus cognoſcendi ſunt ſtudioſis potius, quàm imitandi.

CAPVT OCTAVVM

De coniunctione uerſuum diuerſi generis, & de cæſura.



ET ſi in carminibus Hebræorum plerunque ad finem vſque, tùm daleth, tùm ſegor, atque adeo omnes verſus eiuſdẽ ſunt

generis, vt Latinorum, & Græcorum hexametri; tamen licet etiam interdũ duo verſuum genera vno diſticho בַּיִת baith ita coniungere, vt Daleth ſuum genus habeat proprium, & Segor ſimiliter ſuum, more elegiarum: in quibus prior verſus eſt hexameter, poſterior vero pentameter.

a א Ergo ſi Daleth, & Segor unius ſint generis; carmen dicetur Monocolon; ſin duorum, Dicolon. Trium uero uel plurium generũ uerſus uix coniungi ſolent propter rythmum.

Exemplum Diſtichi Monocoli:
Elias Cant. 8.

חֲזַק וֶאֱמַץ בְּנִי וּלְמוֹד זְמִיר זֶה
מְפָרֵשׁ דִּין מְשָׁרֵת לְ-מְלָכִים

Chazek ueemats beni ulmod zemir ze

Mepha-

Mepharesc din mesciareth li melachim.

Confortare, & esto robustus fili mi, & disce canticum hoc,

Quod exponit iudicium ministrans (ministrantium) regibus.

Hic tùm Daleth, tùm Segor sunt carmina secundi generis.

Exemplum Distichi Dicoli.

Elias Cant. 3.

עוֹד יֵשׁ נְקֻדָּה וּמְשָׁרֵת לְכוּלָּם הֵן עוֹד
אֲשׁוֹרֵר בָּהּ שִׁירוֹת נְעִמוֹת

Nghod iesc nekudda umsciareth lechullam hen nghod.

Asciorer baa sciroth nenghamoth.


Est quoque punctũ, quod omnibus seruit:

Et adhuc canam de eo cantica plura.

Hic Daleth est generis duodeuigesimi: Segor uero octaui.

3 Cæſuræ nulla uel certe perexigua habetur ratio; quum ſæpe ſingulis pedibus ſingula uocabula tribuantur: præſertim quæ à ſceua mobili inchoantur. His enim tanquam inciſis, ac membris Hebræi diſtingui uerſus elegantes exiſtimant. Quare ſi adſit cæſura; uſurpanda; ſi abſit, haud laborioſe quærenda.

F I N I S.



INDEX CAPITVM

Partis Primæ, quæ est de ratione legendi, & scribendi.

Partis secundæ, quæ est de nomine.

Partis tertiæ, quæ est de verbo.

Partis

Partis quartæ, quæ est de reliquis partibus orationis, & de Syntaxi.

Partis quintæ, quæ est de Poetica.

FINIS.

EXER-

EXERCITATIO GRAMMATICA IN PSALMVM XXXIII.

Secundùm Hebræos XXXIV.

AVCTORE

R. P. ROBERTO BELLARMINO
Societatis Iesù, iam S. R. E.
Cardinali.




VENETIIS,

Apud Io. Baptistam Ciottum Senensem 1606.

Numeri, qui in hac Exercitatione passim citãtur, nostræ Grãmaticæ respondent: quorum primus partem, secundus caput, tertius particulam, seu paragraphum capitis indicat.

Pſalmus Alphabeticus trigeſimus tertius, ſecundùm Hebræos trigeſimusquartus.



מִזְמוֹר לד

לְדָוִד בְּשַׁנּוֹתוֹ אֶת טַעְמוֹ לִפְנֵי אֲבִימֶלֶךְ


וַיְגָרְשֵׁהוּ וַיֵּלַךְ׃



בָרְכָה אֶת-יְהוָֹה בְּכָל עֵת תָּמִיד
תְּהִלָּתוֹ בְּפִי׃
בַּיהוָֹה תִּתְהַלֵּל נַפְשִׁי יִשְׁמְעוּ עֲנָוִים
וְיִשְׂמָחוּ׃
גַּדְּלוּ לַיהוָֹה אִתִּי וּנְרוֹמְמָה שְׁמוֹ יַחְדָּו׃
דָּרַשְׁתִּי אֶת-יְהוָֹה וְעָנָנִי וּמִכָּל-מְגוּרוֹתַי
הִצִּילָנִי׃
הִבִּיטוּ אֵלָיו וְנָהָרוּ וּפְנֵיהֶם אַל-יֶחְפָּרוּ׃
זֶה עָנִי קָרָא וַיהוָֹה שָׁמֵעַ וּמִכָּל-צָרוֹתָיו הוֹשִׁיעוֹ׃

חוֹנֶה

חֹנֶה מַלְאַךְ יְהוָה סָבִיב לִירֵאָיו וַיְחַלְּצֵם׃
טַעֲמוּ וּרְאוּ כִּי טוֹב יְהוָה אַשְׁרֵי הַגֶּבֶר יֶחֱסֶה־בּוֹ׃
יְראוּ אֶת־יְהוָה קְדֹשָׁיו כִּי־אֵין מַחְסוֹר לִירֵאָיו׃
כְּפִירִים רָשׁוּ וְרָעֵבוּ וְדֹרְשֵׁי יְהוָה לֹא־יַחְסְרוּ כָל־טוֹב
לְכוּ־בָנִים שִׁמְעוּ־לִי יִרְאַת יְהוָה אֲלַמֶּדְכֶם׃
מִי־הָאִישׁ הֶחָפֵץ חַיִּים אֹהֵב יָמִים לִרְאוֹת טוֹב׃
נְצֹר לְשׁוֹנְךָ מֵרָע וּשְׂפָתֶיךָ מִדַּבֵּר מִרְמָה׃
סוּר מֵרָע וַעֲשֵׂה־טוֹב בַּקֵּשׁ שָׁלוֹם וְרָדְפֵהוּ׃
עֵינֵי יְהוָה אֶל־צַדִּיקִים וְאָזְנָיו אֶל־שַׁוְעָתָם׃
פְּנֵי יְהוָה בְּעֹשֵׂי רָע לְהַכְרִית מֵאֶרֶץ זִכְרָם׃
צָעֲקוּ וַיהוָה שָׁמֵעַ וּמִכָּל־צָרוֹתָם הִצִּילָם׃
קָרוֹב יְהוָה לְנִשְׁבְּרֵי־לֵב וְאֶת־דַּכְּאֵי־רוּחַ יוֹשִׁיעַ׃
רַבּוֹת רָעוֹת צַדִּיק וּמִכֻּלָּם יַצִּילֶנּוּ יְהוָה׃
שֹׁמֵר כָּל־עַצְמוֹתָיו אַחַת מֵהֵנָּה לֹא נִשְׁבָּרָה׃
תְּמוֹתֵת רָשָׁע רָעָה וְשֹׂנְאֵי צַדִּיק יֶאְשָׁמוּ׃
פּוֹדֶה יְהוָה נֶפֶשׁ עֲבָדָיו וְלֹא יֶאְשְׁמוּ כָּל־
הַחוֹסִים בּוֹ׃



EXER-

EXERCITATIO GRAMMATICA IN PSALMVM XXXIII.

Secundum Hebræos trigeſimumquartum.



Verſus 1.

ſemper	tempore omni in	Dominum	Benedicam
תָּמִיד	בְּכָל־־עֵת	אֶת־יְהוָה	אֲבָרְכָה
tamid	*ghet chol be*	*Adonai eth*	*Abarecha*
	. in ore meo	laus eius	
	בְּפִי׃	תְּהִלָּתוֹ	
	. *vephi*	*tehillatho*	

(אֲבָרְכָה) Benedicam. Eſt prima perſona ſingul. futuri a verbo בֵּרֵךְ in coniugatione Piel. Itaque prima literā א eſt formatiua primæ perſonæ futuri, uide

uide in Grãmatica parte 3. cap. 2. nu. 8.
Deberet autẽ hæc litera habere ſub ſe
ſceua ſimplex; id enim requirit coniu
gatio Piel: tamen habet ſceua cõpoſi-
tum, quia literæ gutturales, qualis eſt
א, non patiuntur ſub ſe initio dictio-
nis ſceua ſimplex, uide par. 1. cap. 2.
nu. 2. Secunda litera ב eſt prima radi-
lis, & habet ſub ſe camets, nõ patach,
ut coniugatio Piel requireret quia ſe-
quẽs litera deberet habere daghes for
te, quod eſt ſignũ coniugationis Piel,
cuius tamen non eſt capax, & propte-
rea ſuppletur per longã vocalem præ-
cedentem, uide par. 3. cap 2. coniug. 3.
nu. 3. linea quæ ſequitur poſt camets,
eſt accẽtus rhetoricus, qui dicitur Me-
theg, cuius officium eſt retinere ſylla-
bam, ſine quo illud camets non eſſet
camets, ſed camets chatuph, uide par. 1
cap. 2.

cap. 2. nu. 2. & par. 1. cap. 6, nu. 1. Tertia litera, quæ eſt ר, eſt ſecunda radicalis, & deberet habere ſub ſe punctum tſere, ſed habet ſceua mobile propter ה ſuperadditum in fine, de quo mox dicemus. Quarta litera, quæ eſt כ, eſt vltima radicalis, & habet ſub ſe camets propter ſequentem literam, nam alioqui ſceua quieſcens habere deberet hoc modo, אֲבָרֵךְ. Vltima litera eſt paragogica, ornatus gratia ſuperaddita. vide par. 3 cap. 7. num. 2.

(אֶת) Eſt articulus accuſatiui caſus, par. 2. cap. 2. linea ſequens, eſt accentus rhetoricus, qui dicitur Maccaph, coniungit vnam dictionē cum altera, vide p. 1 c. 6. n. 1. & preterea pūcta longa mutat in breuia, vt hoc loco אֵת (ſic enim ſcribitur ſine Maccaph) mutat in אֶת, vide par. 2. cap. 5. num 2.

Y (יְהוָה)

(יְהוָה) Nomen est proprium Dei, cuius radix est הָיָה, quod verbum significat, fuit. Itaque prima litera, quæ est iod, est formatiua nominis proprij, vide par. 2. cap. 2. ap. Reliquæ tres literæ radicem ipsam exprimunt. Nisi quod loco iod, quæ esse debuit secunda radicalis, ponitur vau. Sunt enim hæ literæ permutabiles. Sane pronunciatio huius nominis vera, atque germana ignota est: & idcirco qui primi puncta vocalia repererunt, cum huius vocabuli sonum proprium ignorarent, puncta ei aliena (idest) nominis אֲדֹנָי subiecerunt, nimirum ubi hoc nomen יְהוָה inueniremus, per aliud nomē Dei, sonū eius efferremus. Neque nos mouere debet, quod in uocē אֲדֹנָי primū punctum est sceua compositū: in uoce autē יְהוָה sceua simplex. Id enim ex

eo accidit, quod nec א initio dictionis sceua simplex ferre possit, cùm sit gutturalis litera; nec iod sceua compositum sub se unquã habere soleat. Quod uero alioqui puncta nominis יהוה sint ipsa puncta nominis אדני, & Adonai legendũ sit, non Iehoua, cùm occurrit nomen Dei יהוה, quatuor rationibus ostendi potest. Primum quidem quia ubicunque simul occurrunt hæc duo nomina, ne cogamur bis dicere Adonai, ipsi nomini יהוה puncta subijciuntur nominis אלהים, vt initio Abdiæ Prophetæ כה אמר אדני יהוה; & in fine Habacuc, יהוה אדני חילי. Deinde quia si pręcedat hoc nomen litera seruils ב, vel כ vel ל, aut ו nõ scribit, ביהוה, ביהוה, כיהוה, ליהוה, ויהוה, vt secundũ regulas scribendũ esset, si Iehoua pronũciaremus, sed ביהוה, כיהוה, ליהוה, ויהוה, vt nomẽ ipsum

Adonai requirit, vide par. 4. c. 2. nu. 10: Tum quia post יְהֹוָה literæ בגד כפת recipiunt daghes lene, vt in hoc ipso primo versu Psalmi perspicuum est: at hoc non posset fieri, si legeremus Iehoua, & non Adonai. Siquidem vltima litera vocis Iehoua est ה quiescens, vltima verò vocis Adonai est י mobile. Literæ aũt illæ בגד כפת initio dictionis semper habent daghes lene, nisi præcedat litera quiescens, vide par. 1. cap. 4. Ap. Cur denique Prouerb. 16. scribitur מֵיְהֹוָה? nisi quia in pronunciatione huius vocis, post מ sequitur א, quæ litera non est capax daghes, & ideo verti debet chiric in tsere sub litera mem, vide par. 4. cap. 2. num. 7. & 9. Neque vero Rabbini punctorũ inuentores primi sunt, qui nomẽ *Dei* יְהֹוָה pro אֲדֹנָי efferre cœperunt. Siquidem

dem S. Hieronymus iſtis Rabbinis antiquior Exod. c. 6. uer. 3. ita uertit illa Hebraica uerba וּשְׁמִי יְהוָה לֹא נוֹדַעְתִּי לָהֶם: & nomen meum Adonai nō indicaui eis. Origenes quoque B. Hieronymo uetuſtior in tetraplis, atque hexaplis ſuis in ea columna, in qua voces Hebraicas Gręcis literis deſcripſit, ubique pro יהוה ἀδωνάι poſuiſſe fertur. Ipſi etiam Lxx. uetuſtiſſimi interpretes ſemper nomen יהוה per κύριος reddiderunt, quod Latinè Dominus Hebraicè אֲדֹנָי dicitur. & quod eſt omniū maximum, Chriſtus, & Apoſtoli cùm ſæpe ex teſtamento ueteri proferant teſtimonia, in quibus hoc nomen cōtinetur, nunquam tamen Iehoua dixerunt, ſed ſemper Dominus. cùm tamen alia nomina propria ſuis uocibus expreſſerint, ut Adam, Noe, Abrahā,

Euam, Saram, Mariam. Denique apud veteres omnes inauditum fuit semper nomen Iehoua: & licet aliqui nomen יהוה per Iaho, vt Clemens Alex. lib. 5. Strom. Macrob. lib 2. Saturnal. cap. 18. & Diodorus Siculus lib. 1. Bibliothecæ: aliqui per Iaue, aut Iah, vt Theodoretus q. 15. in Exodum, exprimi posse crediderunt, plures tamen hoc nomen τετραγράμματον, & ἄῤῥητον, atque ἀνεκφώνητον vocarunt. Vide Origen. homil. 14. in lib. Numer. Euseb. l. 11. de prępar. Euan cap. 8. Greg. Nazianz. oratione 4. de Theologia. Theodoret q. 15. in Exod. Hieron. epist. 136. ad Marcellam, & in cap. 16. Ezech. Non displicet tamen eorum coniectura, qui nomen hoc nihil aliud esse credunt, nisi tertiam personā futuri verbi substantiui, & hunc in modum scribi, & efferri

ti debere, יִהְיֶה jihie, quod ſignificat, erit, ſiue erat, ſiue eſt, quod propriè Deo ſoli conuenire docemur Exodi 3.

(בְּכָל) in omni. Litera ב cum ſceua mobili deſeruit loco prępoſitionis in, vide par. 4 cap. 3 nu. 2. Vox autem כָּל- eſt nomen indeclinabile, ſignificatq; omne, totum, uniuerſum, in quolibet genere, numero, & caſu. Deriuatur per detractionẽ unius literæ à uerbo כָּלַל, quod ſignificat, perficit, uide par. 2. cap 2. ap. Per detractionem, &c. & ſi quidem non ſequatur accentus maccaph, ſcribitur per cholem; ſi uero ſequatur, hoc loco, ſcribitur per camets chatuph, כָּל-, uide par. 2. cap 2. nu. 5.

(עֵת) tempore. Nomen eſt deriuatiuum formatũ per detractionẽ a radice עוּת, quod eſt, inuertit quia tẽpus uidelicet omnia mutat, & inuertit. Sed for

tasse uerius diceremus radicē eius esse עתת, quod uerbū nō est amplius in usu. Nam in plurali עת facit עִתִּים, ubi punctum daghes indicat defectum alterius tau radicalis, uide par 2. cap. 5. nu 5. Porrò furcula inuersa, quæ subiecta est huic uoci עֵת est accentus distinguens mediam periodum, diciturq; athnach uide par. 1. cap. 6. num. 2. Secundus est, &c.

(תָּמִיד) semper. Aduerbium temporis est, significatq; quotidie, semper, iugiter, uide par. 4. cap. 1. nu. 3. Est etiā nomen significans quotidianum, continuum, iuge.

(תְּהִלָּתוֹ) laus eius. Nomen est fœmininum cum pronomine affixo tertiæ personę. Radix est הָלַל laudauit, inde fit nomen תְּהִלָּה, laus, ubi tau est litera formatiua nominis, uide par. 2. cap. 2.

cap. 2. ap. & par. 4 cap. 2. nu. 5. litera ה, & ל sunt prima, & tertia radicalis, secunda radicalis deest, sed loco eius est daghes forte in tertia Postrema litera he cum præcedente camets, est signũ generis fœminini, uide par. 2. c. 1. n. 4. fœminina, &c. in regimine genitiui uertitur he in tau, & pro תְּהִלָּה, dicitur תְּהִלַּת, uide par. 2. cap. 1. nu. ult. At in nominibus, &c. Addito autem pronomine affixo, reddit camets, & fit תְּהִלָּתוֹ laus eius, uide par. 2. cap. 4. & 5.

(בְּפִי) in ore meo. Litera בְּ est præpositio, in, ut supra diximus, & caret daghes leni propter præcedentem literam quiescentem. Vox autem פִּי est nomen cum affixo pronomine primæ personæ. Radix est פֶּה, os, ac tùm in regimine simplici, tùm cum affixo primæ personæ facit פִּי, in plurali פִּיּם,

ora,

ora uide par. 2 cap. 5. nu. 9. Sicut etiam duo, &c. linea ſubiecta huic uoci כִּי, eſt accentus diſtinguens integram periodum, diciturq; ſoph paſuch, vide par. 1. cap. 6. nu. 3. Primus dicitur, &c.



Verſus II.

audient;	mea anima	laudabitur	In Domino
יִשְׁמְעוּ	נַפְשִׁי	תִּתְהַלֵּל	בַּיהוָה
ijcmenghu	*naphſci*	*tithalel*	*Badonai*
	lætabuntur &	manſueti	
	וְיִשְׂמָחוּ:	עֲנָוִים	
	ijſmachu ve	*nghanauim*	

(בַּיהוָה) In Domino. Litera ב ſeruit loco prępoſitionis, in: יהוה eſt nomen Dei, de quo ſupra diximus.

(תִּתְהַלֵּל) laudabitur. Eſt tertia perſona futuri generis fœminini, uerbi הָלַל, in coniugatione Hithpael, uide par. 3.

par. 3. cap. 2. Quia verò uerba in coniugatione Hithpael ſignificāt actionē in ſeipſum, ideo תִּתְהַלֵּל ſignificat, laudabitur anima à ſe ipſa, ſed in Domino, non in ſeipſa, ideſt laudando Dominum, ſeipſam quodammodo laudabit, cùm laus Domini in ſeruos etiā redundet. Niſi magis placeat, hîc laudari accipi, pro lætari, & gloriari.

(נַפְשִׁי) anima mea. Nomen eſt fœmininum cum affixo pronomine primæ perſonæ. Radix eſt ipſum nomen נֶפֶשׁ, anima, & cum affixo נַפְשִׁי, anima mea. De iſta punctorum mutatione, uide par. 2. cap. 5.

(יִשְׁמְעוּ) audient. Tertia perſona eſt futuri, numeri multitudinis, verbi שָׁמַע in coniugatione Kal, ſicut enim à לָמַד fit יִלְמְדוּ, ita à שָׁמַע audiuit, fit יִשְׁמְעוּ audient, vide p. 3. c. 2. Quia tamē Hebrei

carent

carent Imperatiuo tertiæ personæ, & pro eo vsurpant futurum; idcirco noster iuterpres recte vertit, audiant.

(עֲנָוִים) mansueti. Nomen est masculinum numeri multitudinis. Radix est עָנָה, quod verbum significat, respondit, humilis, pauper, mitis fuit. Inde fit nomen עָנָו, mitis mansuetus, humilis, vbi ו est loco ה ultimæ radicalis, in plurali עֲנָוִים; sicut à דָּבָר, fit דְּבָרִים, nisi quòd sub prima litera vocis עֲנָוִים est sceua compositũ, quia nghain est litera gutturalis. De formatione pluralis numeri à singulari, vide par. 2. cap. 1. num. 1.

(וְיִשְׂמְחוּ) & lætentur. Litera ו est seruilis, significatq; hoc loco, &, vide par 4. cap. 2. n. 10. Quarto est nota, &c. Vox autem יִשְׂמְחוּ est tertia persona pluralis futuri, verbi שָׂמַח, in coniugatio-

ne

ne Kal. Debuit autem ſecundum regulam ſcribi יִשְׂמְחוּ , ſicut יִשְׁמְעוּ ; tamen propter accentum ſoph paſuch, qui indicat finem periodi, mutatum eſt ſceua ſecundæ radicalis in camets. Hoc etiam loco pro futuro, lætabuntur, recte uertit Interpres per modum imperandi, lætentur, quòd careant Hebręi tertia perſona imperatiui.



Verſus III.

exaltemus &	: mecum	Dominum	Magnificate
וּנְרוֹמְמָה	אִתִּי	לַיהוָה	גַּדְּלוּ
vnromema	itti	ladonai	Gaddelu
	• pariter	eius nomen	
	יַחְדָּו׃	שְׁמוֹ	
	.iachdau	ſciemo	

(גַּדְּלוּ) Magnificate. Eſt ſecunda perſona numeri multitudinis, modi impe-

imperatiui, verbi גָּדַל, in coniugatione Piel. Itaque גָּדַל significat, magnus fuit, in Piel גִּדֵּל, magnificauit, in imperatiuo גַּדְּלוּ, magnificate, sicut לַמְּדוּ, vide par. 3. cap. 2 coniug. 5.

(לַיהוָה) Dominum. Litera ל est seruilis, deseruitq; hoc loco pro articulo accusatiui casus, vel potius verbũ גִּדֵּל datiuo iungitur, vide par. 2. cap. 1. De יהוה dictum est.

(אִתִּי) mecum. Præpositio est cum affixo pronomine primę personæ. Nã אֵת, est præpositio cum, vide par. 4. cap. 1. nu: 22. & recipit affixa more nominum, vide par. 4. cap. 1. nu. 23.

(וּנְרוֹמְמָה) & exaltemus. Litera ו seruilis est, significans, &. Habet autem punctum in ventre loco sceua, propter aliud sceua sequens, vide par. 4. cap. 2. num. 11. Vox נְרוֹמְמָה est prima

per-

persona pluralis futuri in Piel, à uerbo רום. cum superaddito ה paragogico. Radix ergo est רוּם, quod est verbum ex quiescentibus nghain vau, & significat, exaltauit. In Piel, siue Pöel facit רוֹמֵם exaltauit, in futuro, אֲרוֹמֵם יְרוֹמֵם תְּרוֹמֵם נְרוֹמֵם; addito autem ה paragogico fit נְרוֹמְמָה, exaltabimus uel exaltemus de more Hebræorum, qui per futurum exprimunt etiam imperatiuum.

(שְׁמוֹ) nomen eius. Nomen cum affixo tertiæ personæ. Radix est שֵׁם, & cum affixo שְׁמוֹ nomen eius, uide par. 2. cap 5 num. 10.

(יַחְדָּו) pariter. Aduerbium à radice יָחַד, quod uerbum significat coniungere. Inde enim fit aduerbium יַחַד, & יַחְדָּו, pariter, simul, uide par 4. cap. 1. num. 19.

Versus

ד

Versus IV.

omnibus ex & :	me audiuit &	Dominum	Quæsiui
וּמִכָּל-	וַעֲנָנִי	אֶת-יְהוָֹה	דָּרַשְׁתִּי
umiccol	*venghanani*	*Adonai eth*	*Darasthi*
	, me liberauit	meis pauoribus	
	הִצִּילָנִי׃	מְגוּרוֹתַי	
	hitsilani	*megurothai*	

(דָּרַשְׁתִּי) Quæsiui. Prima persona singularis, præteriti, verbi דָּרַשׁ, in cōiugatione Kal, sicut לָמַדְתִּי, vide par. 3. cap. 2. coniug. 1.

(וַעֲנָנִי) & audiuit me. Tertia persona singularis præteriti, uerbi עָנָה, audiuit, respondit, in coniugatione Kal, cum affixo primæ personæ. Siquidem tertia radicalis ad præsentiam affixorum excidere solet. Itaque à עָנָה addito נִי, quod est affixū primę personæ, & re-

& remota litera ה, fit עָנָנִי audiuit me. siue respondit mihi, vide par. 3.cap. 6: num. 6.

(וּמִכָּל) & ex omnibus. Litera ו seruilis est, significans, &: habet autem punctum in vẽtre loco sceua propter sequentẽ literam labialem, vide par. 4. cap. 2. num. 11. Sequens particula מִ est præpositio מִן, quæ significat ex, ab, de. sed euphoniæ causa vbique perdit literam נ, & loco eius infigit daghes in sequenti vide par. 4. cap. 2. num. 7. De voce --כָּל dictum est versu primo.

(מְגוּרוֹתַי) pauoribus meis. Nomen est fœmininum numeri pluralis cum affixo primæ personæ. Radix est גּוּר, quod verbum significat, peregrinari, & pauere. Inde fit nomen masculinũ מָגוֹר, siue מְגוּר, pauor, vbi litera מ est formatiua nominis, vide par. 2. c. 2. ap.

Ab hoc masculino מְגוּר, fit fœmininũ מְגוּרָה, vide par. 2. cap. 2. num. 2. in plurali מְגוּרוֹת, pauores, vide par. 2. cap. 2. nu. 6. & cũ affixo מְגוּרוֹתַי pauores mei.

(הִצִּילָנִי) liberauit me. Præteriti persona tertia singul. verbi נָצַל, in cõiugatione Hiphil, cum affixo primæ personæ. Itaque à נָצַל, quod est verbum ex defectiuis Pe nun, fit in Hiphil הִצִּיל, liberauit, vide par. 3. cap. 3. Pe nun, &c. & cum affixo הִצִּילָנִי liberauit me, vide par. 3. c. 6. n. 6. & 24. sub litera ל est camets pro patach; siquidem ante affixum primæ personæ in verbis ponitur patach, vide par. 3. cap. 6. num. 6. tamen propter accentum soph pasuch vertitur hoc loco patach in camets, vide parte 2. capit. 5. num. 2.

ה ו

Versus V.

eorum facies &,	sunt illustrati &	eum ad	Aspexerunt
וּפְנֵיהֶם	וְנָהָרוּ	אֵלָיו	הִבִּיטוּ
vphnehem	*venaharu*	*elau*	*Hibbitu*
	confundentur non		
	אַל--יֶחְפָּרוּ:		
	iechparu al		

(הִבִּיטוּ) Aspexerunt. Tertia persona pluralis præteriti, uerbi נָבַט in Hiphil. Verbũ נָבַט ex defectiuis Pe nun, in Hiphil facit הִבִּיט, aspexit. Inde הִבִּיטוּ, aspexerunt.

Sciendum est D. Hieronymum, & Lxx. interpretes non legisse הִבִּיטוּ, sed הַבִּיטוּ, in imperatiuo; & ideo uertisse, accedite, uidelicet oculis, idest respicite.

(אֵלָיו) ad eum. Præpositio cum affixo. Radix uidetur esse אָלָה, inde fit

præpoſitio אֶל ad, & ſcribitur cum ſegol, vt diſtinguatur ab אֵל, quod eſt vnũ ex nominibus Dei; cũ affixo perſonæ mutat ſegol in tſere, & additur iod poſt lamed, & fit אֵלָיו ad eum, vide par. 4. cap. 1. num. 23. ap.

(וְנָהֲרוּ) & illuminati ſunt. Tertia perſona pluralis uerbi נָהַר, in Kal. נָהַר ſignificat confluxit, illuminatus eſt. in tertia perſona plurali facit נָהֲרוּ, vbi ſub litera ה eſt ſceua compoſitum, non ſimplex de more aliorum verborum, quia ה litera gutturalis eſt, & propterea non patitur ſub ſe ſceua ſimplex, vide par. 1. cap. 3. ap. nu. 3. Hoc autem loco propter accentum diſtinctiuum, ne ſceua quidem eſt, ſed camets, vide par. 2. c. 5. n. 2. Porrò D. Hieronymus, qui vertit confluite, & Lxx. interpretes, qui verterunt illuminamini, non

legerunt נָהֲרוּ, sed in imperatiuo נַהֲרוּ.

(וּפְנֵיהֶם) & facies eorum. Litera ו habet punctũ in ventre loco sceua, quia præcedit literam labialem, nimirum פ, vide par. 4. cap. 2. num. 9. Illud autem פְּנֵיהֶם, nomen est plurale cum affixo, radix est פָּנָה, aspexit, inde fit nomen פָּנִים, facies, & solum inuenitur in numero plurali. In regimine facit פְּנֵי, & cum affixo פְּנֵיהֶם, facies eorum, vide par. 2. cap 4. Est autem obseruandum D. Hieronymum, & Lxx. qui verterunt, facies vestræ, non legisse פְּנֵיהֶם, sed פְּנֵיכֶם.

(אַל) non. Aduerbium negandi, sicut etiam לֹא, vide par. 4. cap. 1. nu 4.

(יֶחְפָּרוּ:) confundentur. Tertia persona pluralis futuri *Kal*, à verbo חָפַר, quod est, erubuit, & confusus est. Habet autem sub litera iod punctum se-

gol, propter ſequentem gutturalem, vide par. 3. cap. 2. & ſub litera ה habet ſceua ſimplex pro compoſito, quia ſequitur daghes lene, vide par. 1. cap. 3. ap. num. 2. Denique ſub litera ב habet camets pro ſceua, propter accentum diſtinctiuum, vide par. 2. cap. 5. num. 2.

ו

Verſus VI.

audiuit	Dominus &	clamauit	pauper	Iſte
שָׁמֵעַ	וַיהוָה	קָרָא	עָנִי	זֶה
ſcameangh	*vadonai*	*Kara*	*nghani*	*Ze*
eum ſaluauit	eius anguſtijs	omnibus ex &		
הוֹשִׁיעוֹ׃	צָרוֹתָיו	וּמִכָּל־		
hoſcingho	*tſarothau*	*umiccol*		

(זֶה) Iſte. Pronomen demonſtratiuum, generis maſculini, iſte, hic, vide par. 2. cap. 4. num. 4.

(עָנִי) pauper, a verbo עָנָה, quod est, humilis, & pauper fuit, fit nomen עָנִי, pauper, vbi י est loco ה vltimę radicalis

(קָרָא) clamauit, est persona tertia singul. præteriti, masculini generis, & proinde ipsa radix.

(שָׁמֵעַ) audiuit est etiam ipsa radix, dicimus enim שָׁמַע, & שָׁמֵעַ, vide par. 3. cap. 2. nu 3. Porrò patach sub litera ע est additum, propter pronunciationē literæ ע, vide par. 1 cap. 2.

(וּמִכָּל־) Vide supra versu 4:

(צָרוֹתָיו) angustijs eius, à verbo צור, quod est, angustijs affecit, fit nomē fœmininũ צָרָה, angustia. In plurali צָרוֹת, angustiæ, cum affixo tertiæ personæ צָרוֹתָיו, angustiæ eius, vide p. 2. c 4. n. 6.

(הוֹשִׁיעוֹ) saluauit eum. Radix est יָשַׁע, vnde fit יֵשַׁע, salus. Inde verbum in Hiphil הוֹשִׁיעַ, saluauit. Vide quiescentia

Pe Iod, vide par. 3. cap. 4 addito affixo, fit הוֹשִׁיעוֹ, saluauit eum, vide par. 3. cap. 6. num. 6. Inde est nomen יְהוֹשֻׁעַ Iesus. Nec enim scribi debet יֵשׁוּ, vt per contemptũ scribunt; neque יְשׁוּעָה, quod salutem, non saluatorem significat, sed יְהוֹשֻׁעַ, quod semper Lxx. interpretes verterunt, ἰησοῦς, vnde est Latinũ, Iesus; quod nomen fuit etiam Iesu Naue, & Iesu Iosedech, qui typum gesserunt Saluatoris nostri: quod denique veram habet formam nominis proprij, & Saluatorem significat, cùm Iod initio positum sit proprij nominis formatiuum, & reliquæ literę sint verbi הֹשִׁיעַ quod est saluare.



Versus VII.

circa	Domini	Angelus	Castrametatur
סָבִיב	יְהוָה	מַלְאַךְ	חוֹנֶה
sauif	*Adonai*	*malac*	*Chone*
	. eos eripuit &	eum timentes	
	וַיְחַלְּצֵם׃	לִירֵאָיו	
	vaichallet sem	*lireau*	

(חוֹנֶה). Castrametatur. Participium præsens à verbo חָנָה, quod proprie significat, castrametatus est. Sed quia carent Hebræi præsenti tempore Indicatiui, & pro eo vtuntur plerumque participio presenti, ideo חוֹנֶה recte uertitur, castrametatur, siue circũdat more castrorum. Vide inflexionem verborum quiescentium lamed he, vide par. 3.cap.4.

(מַלְאַךְ) Angelus. Nomen est hee-

man-

manticum, deductum à verbo לָאַךְ, inusitato, per additionem מַ, vide par. 2. cap 2. ap.

(סָבִיב) Præpositio est, significatq; in circuitu, in gyro, circa à verbo סָבַב, quod est, circuire, vide præpositiones, par. 4. cap. 1. num 22.

(לִירֵאָיו) timentes eum: Litera ל est articulus, & habet chiric loco duorum sceuaim, quorum vnum sub Iod, alterum sub ipso lamed esse debuisset. Eadem enim est ratio literæ ל, & literæ ו, quod attinet ad puncta subiecta, de quo uide par. 4. cap. 2. num. 11. & 14. Remota igitur litera lamed, sequens dictio integra est יְרֵאָיו, quæ quidem est participium generis masculini, numeri pluralis cum affixo, à uerbo יָרֵא, timuit. Participiū enim est etiam יָרֵא, nec à præterito ullo modo differt, uide

de par.3.cap.2. Circa participium,&c. Porrò יָרֵא, timens, in plurali facit יְרֵאִים, timentes; iuxta regulas mutationis punctorum, uide par. 2. cap. 5. Nunc de polysyllabis,&c. & cum affixo יְרֵיאָו, timentes eum, uide par. 2. cap 4.num.5.

(וַיְחַלְּצֵם) & eripuit eos. Litera ו est seruilis uertitq; significationem futuri in præteritum, uide par. 4. cap.2. n.13. Vox autem יְחַלְּצֵם est persona tertia generis masculini, numeri singularis futuri, in coniugatione Piel, cum affixo tertiæ personæ pluralis masculini generis. Radix est חָלַץ, recessit: inde חִלֵּץ, remouit, eripuit; inde in futuro יְחַלֵּץ, eripiet; & cũ affixo יְחַלְּצֵם, eripiet eos, & cum vau uersiuo וַיְחַלְּצֵם, & eripuit eos, uide de affixis uerborum in Piel, par.3.cap.6.num.23.

Ob-

Obſeruandum eſt D. Hieronymũ, & Lxx. interpretes, qui verterunt, & eripiet eos, non legiſſe vau cum patach, ſed cum chiric, oc modo, וַיְהַלְּצֵם & eripiet eos.



Verſus VIII.

Dominus	bonus	quoniam	videte &	Guſtate
יְהוָה	טוֹב	כִּי־	וּרְאוּ	טַעֲמוּ
Adonai	*tof*	*Ki*	*vreu*	*Tanghamu*
	eo in	ſperabit	vir ille	beatus
	בּוֹ	יֶחֱסֶה־	הַגֶּבֶר	אַשְׁרֵי
	bo	*iechſe*	*haggeuer*	*aſcre*

(טַעֲמוּ): Guſtate. à præterito טָעַם, guſtauit. fit in Imperatiuo ſecunda perſona pluralis, טַעֲמוּ, guſtate: vbi patach eſt ſub prima radicali pro ſceua, aut chiric, propter ſequentem gutturalé, vide par. 3. cap. 2. obſeru. Kal.

(רְאוּ)

(רְאוּ) videte. à præterito רָאָה, uidit, fit in Imperatiuo רְאֵה, vide, & רְאוּ, videte; vide inflexionem verborum quiescentium Lamed he.

(כִּי) Coniunctio est, significatq́; quoniam, quòd, quia, & similia, vide par. 4. cap. 1. num. 24.

(טוֹב) bonus. à uerbo טוּב, quod significat, bonus fuit, nomen טוֹב, bonus. Sciendum est autem subintelligi uerbum substantiuum, cùm dicitur, gustate, & uidete, quoniam bonus Dominus.

(אַשְׁרֵי) beatus. A radice אָשַׁר fit uerbum אִשֵּׁר, beatificauit, & nomen אַשְׁרֵי, beatus, & beati. Est enim utriusque numeri, licet formam præseferat nominum numeri pluralis, & in regimine existentium.

(הַגֶּבֶר) ille uir, ὁ ἀνὴρ: Litera ה seruilis

uilis eſt, uim habens pronominis demonſtratiui, more Græcorum articulorum. Punctũ eius ſolenne eſt patach ſequente daghes, uide par. 4. c. 2. nu. 9. Nomen autẽ גֶּבֶר fit à uerbo גָּבַר, quod eſt roborare, & ideo proprie ſignificat uirum, qui etiam apud Latinos à uiribus ſic appellatur.

(יֶחֱסֶה) ſperabit. Futuri tertia perſona ſingularis, generis maſculini, à uerbo חָסָה, ſperauit, uide inflexionẽ uerborum quieſcentiũ Lamed he, par. 3. cap. 4. Cur autem ſub litera iod ſit ſegol, & ſub chet gutturali ſit ſceua, uide par. 3. cap. 2. obſer. 6. & par. 1. cap. 3 ap. nu. 2. Et quamuis יֶחֱסֶה ſit futurum, tamẽ recte uertitur à D. Hieronymo, & à Lxx. interpretibus per tempus præſens. Vtuntur enim Hebręi futuro pro præſenti, pręſertim quando ſignifica-

tur

tur cõtinuatio actionis, uel habet uim modi potentialis, ut ſit, confidit, pro confidere ſolet, uide par.3. cap.1. Notandum eſt etiam deeſſe hoc loco pronomen relatiuum, & ſubintelligendũ eſſe, qui, uide par 4. cap. 5.

(בו) in eo. Litera ſeruilis cum affixo, uide par.4.c.4 nu.16.

ט

Verſus IX.

non	quoniam ;	eius ſancti	Dominum	Timete
אֵין	כִּי-	קְדֹשָׁיו	אֶת-יְהוָה	יְראוּ
en	*Ki*	*Kedoſciau*	*Adonai eth*	*Ieru*
		. eum timentibus	defectus	
		לִירֵאָיו׃	מַחְסוֹר	
		lireau	*machſor*	

(יְראוּ) Timete. Secunda perſona pluralis numeri, generis maſculini, modi imperatiui, à uerbo יָרֵא, timuit. Et quidem ſecundùm regulas deberet eſ-

ſe

ſe Imperatiuus, יְרָא, time, יְראוּ, timete, uide par.3. cap. 5. num.2. Quia tamen à uerbo etiam רָאָה, uidit, fit יִרְאוּ, uidebunt; ne iſta uerba confundantur, in priori dicimus יְראוּ, cum Aleph penitus quieſcente.

(קְדשָׁיו) ſancti eius, à uerbo קָדַשׁ, ſanctus fuit, deducitur nomen קָדוֹשׁ, ſanctus, in plurali קְדוֹשִׁים. ſancti, cum affixo קְדוֹשָׁיו, ſancti eius, uide de mutatione punctorum par. 2 cap.5. nu.11.

(כִּי) Vide ſupra uerſu 8.

(אֵין) Aduerbium negādi, uide par. 4 cap. 1 .num.4.

(מַחְסוֹר) defectus, à uerbo חָסֵר, defecit, formatur nomen per additionē מ, quæ una eſt ex literis Heemanticis, מַחְסוֹר, defectus, inopia, uide par. 2. cap 2 ap. Per additionem, &c.

(לִירֵאָיו:) timētibus eū, uide ſup. v. 8.

Verſus



Versus X.

Dominum quęrentes & : esurierunt & eguerunt Leunculi

כְּפִירִים רָשׁוּ וְרָעֵבוּ וְדוֹרְשֵׁי יְהוָה

Adonai vedoresce verangbenu rasciu Kephirim

. bono omni deficient non

לֹא- יַחְסְרוּ כָל- טוֹב׃

tof sol iachseru lo

(כְּפִירִים) Leunculi. à verbo כָּפַר fit nomen כְּפִיר, & significat proprie leunculum iam grandiusculum, & ad prædandum idoneum, vt patet ex libro Ezech. cap. 19. ver. 3. & per metaphoram intelligitur tùm hoc loco, tùm apud Ezech. per leunculum homo diues, & potens, alienorum bonorum cupidus, direptorque.

(רָשׁוּ) eguerunt. Tertia persona pluralis, præteriti à radice רוש, eguit.

Sic autem flectitur preteritum רָשׁ רָשְׁתָ : רָשְׁתִּי רָשׁוּ, vide quiescētia nghain vau, par. 3 cap. 4.

(רָעֲבוּ) esuricrunt. רָעֵב, esurijt; inde in tertia persona plurali רָעְבוּ, esuricrunt, & propter accentum distinctiuū רָעֵבוּ, uide par. 2. cap. 5. num. 2.

(דוֹרְשֵׁי) quærentes. Est participiū actiuum, numeri multitudinis in regimine, à uerbo דָּרַשׁ, quæsiuit. Hinc em̄ דוֹרֵשׁ, quærens, & in plurali דוֹרְשִׁים, & דוֹרְשֵׁי, quærentes.

(לֹא) non. Aduerbium negandi.


(יַחְסְרוּ) deficient, à uerbo חָסַר, defecit, fit futurum יַחְסְרוּ, deficient, uide par. 3. cap. 2. num. 6.

(כָּל־) omni. Vide supra uersū 1.

(טוֹב) bono. Etsi proprie טוֹב est nomen generis masculini, unde fit fœmininum טוֹבָה, bona, & Hebræi ple-

runque

runque utuntur fœminino pro neutro, quo carent, ut D. Hieronymus docet in cap. 7. Ecclesiastæ, tamen utuntur etiam non raro ipso masculino, ut hoc loco, & alibi.



Versus XI.

Domini	timorem ;	me	audite	filij	Venite
יְהוָה	יִרְאַת	לִי	שִׁמְעוּ־	בָנִים	לְכוּ־
Adonai	*ijrath*	*li*	*scimnghu*	*vanim*	*Lechu*

. vos docebo.
אֲלַמֶּדְכֶם׃
alammedchem

(לְכוּ) Venite, secunda persona pluralis imperatiui, à uerbo יָלַךְ, uenit, uide inflexionem quiescentium Pe iod par. 3. cap. 4. Sciendũ tamen est verbũ יָלַךְ nõ esse in usu in præterito, & participijs, sed pro eo usurpari uerbũ הָלַךְ, quod idẽ significat, sicut è contrario

verbum הָלַךְ rarò eſt in vſu in infinitiuo, imperatiuo, & futuro, & pro eo vſurpatur verbum יָלַךְ.

(בָּנִים) filij, à verbo בָּנָה, ędificauit, fit nomen בֵּן, filius, quia filius eſt quaſi opificium quoddam patris, in plurali בָּנִים, filij, in fœminino בַּת, pro בָּנַת, filia, in plurali בָּנוֹת, filiæ, vide par. 2. cap. 5. except. 2.

(שִׁמְעוּ) audite, imperatiuus à radice שָׁמַע, ſicut à לָמַד fit לִמְדוּ, vide par. 3. cap. 2. coniug. Kal.

(לִי) Articulus cum affixo primæ perſonæ, vide par. 2. cap. 4. num. 2. & quamquam ל fere eſt articulus genitiui, aut datiui, tamen interdum etiam ſeruit accuſatiuo, vide par. 2. cap. 2.

(יִרְאַת) timorem, à verbo יָרֵא, timuit, fit nomen fœmininum יִרְאָה, timor, & in regimine genitiui יִרְאַת, vide

de par. 2. cap. 2. Regimen, &c.

(אֲלַמֶּדְכֶם) docebo vos. Prima perſo na futuri Piel cum affixo, à verbo לִמַּד didicit. Vide inflexionem ſine affixo, par. 3. cap. 2. & cum affixo p. 3 c. 6. n. 23.



Verſus XII.

dies	diliget	; vitam	vult qui	vir ille	Quis
יָמִים	אֹהֵב	חַיִּים	הֶחָפֵץ	הָאִישׁ	מִי־
iamim	*ohof*	*chaÿm*	*hechaphets*	*haisc*	*Mi*
		. bonum	videndum ad		
		טוֹב׃	לִרְאוֹת		
		tof	*liroth*		

(מִי) Quis, Pronomen relatiuum, & interrogatiuum, quod de ſolo homine dicitur vide par. 2. cap. 4. num. 8.

(הָאִישׁ) ille vir. Litera ה deſeruit demonſtrationi, habet camets pro patach, quia ſequens litera non eſt capax

daghes, uide par. 4 cap. 2. num. 9. Vox אִישׁ est ipsa radix, & significat uirum, vt à fœmina distinguitur, & ponitur pro marito siue masculo. Inde אִשָּׁא, mulier, fęmina, uxor. Dicitur etiã אִישׁ unusquisque, quilibet, quicũque. Deest hoc loco uerbum substantiuum de more Hebręorũ, integra em̃ sententia est. Quis est ille uir? uide p. 4. c. 4. n. 6.

(הֶחָפֵץ) qui vult. Litera ה præposita participio seruit loco relatiui אֲשֶׁר, qui, & habet segol, quia sequitur gutturalis affecta puncto camets; vide par. 4. cap. 2. nu. 9. except. 1. Vox autem חָפֵץ est participium, à uerbo חָפֵץ, uoluit. Hebręi pro præsenti, quo carent, utuntur participio, præcedẽte pronomine, uide par. 3. cap 1. Secundo loco &c.

(חַיִּים) Vitam, nomen est pluralis numeri, nec habet singularẽ, ut apud

Lati-

Latinos opes,deliciæ,anguſtiæ,&c de ducitur à uerbo חָיָה , uixit , uide par.2. cap.2.num.... Porrò,&c.

(אוֹהֵב) A præterito אָהַב , dilexit, fit participium numeri ſingularis אוֹהֵב diligens,ſed explicatur per præſens,diligit, quia pertinet hùc etiam relatiuum præfixum participio חָפֵץ.

(יָמִים) dies . Radix eſt יוֹם , dies , in plurali יָמִים , dies , vide par. 2. cap.5. num 8. except. 1.

(לִרְאוֹת) ad uidendum , Infinitiuus eſt cum litera lamed formatrice gerundij , à uerbo רָאָה , uidit , inflexionem huiuſmodi uerborum habes vide p:3. cap. 4. De literis formatricibus gerundiorum uide par.3. cap. 2. nu.5. Habet autem litera lamed ſub ſe chiric pro ſceua , ne duo ſceuaim initio concurrant, uide par. 3. cap.2. num 5.

(טוֹב) bonum. D. Hieronymus, & Lxx. interpretes, qui verterunt, dies videre bonos: nō ad verba, ſed ad ſenſum, reſpexiſſe videntur. Nam טוֹב ſingulare eſt, & in plurali habet טוֹבִים.



Verſus XIII.

tua labia &	3 malo à	tuam linguam	Cuſtodi
וּשְׂפָתֶיךָ	מֵרָע	לְשׁוֹנְךָ	נְצוֹר
vsphathecha	*meragh*	*leſcionecha*	*Netſor*
	dolum	loquendo à	
	מִרְמָה׃	מִדַּבֵּר	
	mirma	*middabber*	

(נְצוֹר) Cuſtodi, Imperatiuus à verbo נָצַר, cuſtodiuit; eſſe debuit צֹר cuſtodi, vide defectiua Pe nun, par. 3. c. 3. Tamen interdum etiam verba iſta defectiua ſequuntur normam perfectorum, vt hoc loco à נָצַר fit נְצוֹר, ſicut à

לְמַר

לְמַר sit לְמוֹר, vide par. 3. cap. 2. Kal, & cap. 3.

(לְשׁוֹנְךָ) linguam tuam, à verbo לָשַׁן inusitato fit nomen לָשׁוֹן, lingua in regimine לְשׁוֹן, cum affixo לְשׁוֹנְךָ, linguã tuam, vide par. 2 cap. 4. nu. 5.

(מֵרָע) à malo. Litera מ seruit loco præpositionis a, ab, & habet tsere, quia sequens non capit daghes, vide par. 4. cap. 2. nu. 7. Vox autem רַע deducitur à verbo רוּעַ, malum esse. Dicimus enim רַע, malus, & malũ; & רָעִים, mali, & mala; & scribitur quidem fere רַע, tamen hoc loco propter accentum distinctiuum habet camets, vide par. 2. cap. 5. num. 2.

(וּשְׂפָתֶיךָ) & labia tua. Litera ו seruit loco coniunctionis, &. Habet vero punctum in ventre loco sceua, propter sequens sceua, vide par. 4. cap. 2 num. 9.

שְׂפָתֶיךָ

שְׂפָתֶיךָ est nomen pluralis numeri, cum affixo. Radix est שָׂפָה, labrum, in duali שְׂפָתַיִם, labra, & cum affixo שְׂפָתֶיךָ, labia tua, vide par.2. cap.4. num.5.

(מִדַּבֵּר) à loquendo, Infinitiuus cũ litera מ formatiua gerundij, in coniugatione Piel, à verbo דִּבֵּר, quod est, locutus est, vide par.3. cap.2.

(מִרְמָה) dolum, nomen fœmininũ heemanticum. Deriuatur à radice רָמָה, fraudauit, vide par.2. cap.2. ap. num....
Per additionem, &c.

ס

Versus XIV.

quære	bonum	fac &	malo à	Declina
בַּקֵּשׁ	טוֹב	וַעֲשֵׂה־	מֵרָע	סוּר
bacKesc	*tof*	*vanghscie*	*merangh*	*Sur*
		eam persequere &	pacem	
		וְרָדְפֵהוּ׃	שָׁלוֹם	
		verodphehu	*scalom*	

(סוּר)

(סור) Declina, imperatiuus à præterito סָר in kal ex quiescentibus nghain vau, vide par. 3. cap. 4 kal.

(מֵרַע) à malo, vide superiori versu.

(וַעֲשֵׂה) & fac. Litera ו seruilis est significans, & . Habet autem sub se patach, quia litera sequens est gutturalis, vide par. 4. cap. 2. nu. 11. Vox autẽ עֲשֵׂה, est imperatiuus in kal à præterito עָשָׂה, fecit, uide inflexionem par. 3. cap. 4. Habet uero עֲשֵׂה pro sceua simplici sceua compositũ sub prima radicali, quia ea litera gutturalis est.

(טוֹב) bonum, vide sup. ver 8. & 12.

(בַּקֵּשׁ) quære, imperatiuus in Piel, à præterito בִּקֵּשׁ, quæsiuit, part. 3. cap. 2.

(שָׁלוֹם) pacem, nomen à verbo שָׁלַם, pacificum esse.

(רָדְפֵהוּ) persequere eã, Imperatiuus

cum

cum affixo à præterito רָדַף, perſecutus eſt; Imperatiuus eſt רְדוֹף, perſequere: ſed propter affixum vertitur ſceua in camets chatuph, & cholem in ſceua, & addito affixo fit רְדָפֵהוּ, vide par. 3. cap 6. num 16. & 20. Nota etiam illud הוּ eſſe affixum proprium verborum, vide par. 3. cap. 6. num. 4.

ע

Verſus VX.

eius aures &	: iuſtos	ad	Domini	Oculi
:וְאָזְנָיו	צַדִּיקִים	אֶל־	יְהוָה	עֵינֵי
veoznau	*tſaddiKim*	*el*	*Adonai*	*Ghene*
	. eorum clamorem		ad	
	:שַׁוְעָתָם		אֶל־	
	ſciaunghatham		*el*	

(עֵינֵי) Oculi. Radix eſt עַיִן, oculus, in duali עֵינַיִם, oculi, & in regimine עֵינֵי, vide par 2. cap. 1. nu. 6. & cap. 5. nu. 14.


(אֶל־)

(אֶל־) ad, præpoſitio. Vide ſupra ver. 5.

(צַדִּיקִים) Iuſtos, à verbo צָדַק, iuſtus fuit, fit nomen ſex punctorum צֶדֶק, iuſtitia, & צַדִּיק, iuſtus, in plurali צַדִּיקִים, iuſti, vide part. 2. capit. 1. num. 4.

(אָזְנָיו) aures eius. Radix eſt אֹזֶן, auris; in duali אָזְנַיִם, cum affixo אָזְנָיו, vide de mutatione horum punctorum, par. 2. cap. 4. & 5.

(שַׁוְעָתָם) clamorem eorum, à uerbo שַׁוַע, clamauit, fit nomen fœmininum שַׁוְעָה, clamor, in regimine שַׁוְעַת, cum affixo שַׁוְעָתָם, clamor eorum, uide par. 2. cap. 5. nume. 5.



Verſus



Verſus XVI.

petdendum ad	, malum	facientes in	Domini	Vultus
מְהַכְרִית	רָע	בְּעֹשֵׂי	יְהוָה	פְּנֵי
lehachrith	*rangh*	*benghoſcie*	*Adonai*	*Pene*

.eorum memoriam	terra de
זִכְרָם .	מֵאָרֶץ
zichram	*meerets*

(פְּנֵי) Vultus, à uerbo פָּנָה, aſpexit, fit nomen plurale פָּנִים, facies, vultus, & per metaphoram ira, furor, in regimine פְּנֵי, uide ſupra uerſu 5.

(בְּעֹשֵׂי) in facientes Litera ב ſeruilis eſt, deſeruitq; loco præpoſitionis, in, uide par.4 cap.2.num.14. Vox autem עֹשֵׂי eſt participium numeri multitudinis in regimine, à præterito עָשָׂה, *fecit*. Dicimus enim עָשָׂה, fecit, עֹשֶׂה, faciens,

ciens, עֹשִׂים, facientes; עֹשֵׂי רָע, facientes mali, siue malum, ut requirit Latina Syntaxis.

(רָע) malum. Vide sup. 13. uersu.

(לְהַכְרִית) ad perdendum: Infinitiuus cum litera seruili formatrice gerundij, in coniugatione Hiphil, a uerbo כָּרַת, excidit, perdidit. Vide inflexioné par. 3. cap. 2.

(מֵאֶרֶץ) de terra. Litera מ seruit loco præpositionis De, ex, ab; & habet tsere pro chiric, quia sequens litera non est capax daghes, uide par. 4. c. 2. num. 7. Vox אֶרֶץ est ipsa radix, & significat terram in genere.

(זִכְרָם) memoriam eorum, a uerbo זָכַר, recordari, fit nomen זֵכֶר, memoria, זִכְרָם, memoria eorum, uide par. 2. cap. 4. num. 5. De mutatione horum punctorum uide par. 2. cap. 5. nu. 18.

Versus

צ

Versus XVII.

omnibus ex &	; audiuit	Dominus &	Clamauerunt
וּמִכָּל־	שָׁמֵעַ	וַיהוָה	צָעֲקוּ
vmicdol	*sciameangh*	*Vadonai*	*Tsanghacu*
	. eos eruit	eorum angustijs	
	הִצִּילָם׃	צָרוֹתָם	
	hitsilam	*tsarotham*	

(צָעֲקוּ) Clamauerunt. Tertia persona præteriti pluralis *Kal* verbi צָעַק, clamauit. Habet autem sub secunda thematis sceua compositum pro simplici, quia ea litera gutturalis est.

(שָׁמֵעַ) audiuit. vide supra ver. 6.

(וּמִכָּל־) ex omnibus. uide sup. v. 4.

(צָרוֹתָם) angustijs eorum, à uerbo צור fit nomen צָרָה, in plurali צָרוֹת, cum affixo tertiæ personæ pluralis צָרוֹתָם, *ui* de par. 2. cap. 4. num. 5.

(הִצִּילָם)

(הִצִּילָם) eruit eos, à radice נָצַל fit in Hiphil הִצִּיל, vide Pe nun par. 3. cap. 3. & cũ affixo, הִצִּילָם, vide p. 3. c. 6. n. 24.

ק

Versus XVIII.

attritos &	: corde	contritis	Dominus	Propinquus
וְאֶת-דַּכְּאֵ	לֵב	לְנִשְׁבְּרֵי	יְהוָה	קָרוֹב
dacKee veeth	*lef*	*lenischbere*	*Adonai*	*Karon*
	. saluabit	spiritu		
	יוֹשִׁיעַ :	רוּחַ		
	iosciangh	*ruach*		

(קָרוֹב) Propinquus. nomen à radice קָרַב, appropinquauit.

(לְנִשְׁבְּרֵי) contritis. Litera ל seruilis est, seruitq; pro articulo datiui casus, vide par. 2. cap. 2. num. 10. Vox autem נִשְׁבְּרֵי est participium numeri multitudinis, in regimine, à verbo שָׁבַר, in cõiugatione Niphal. Dicimus enim שָׁבַר,

contriuit. Inde in Niphal נִשְׁבַּר, contritus est. Inde participium נִשְׁבָּר, contritus. In plurali נִשְׁבָּרִים, contriti, in regimine נִשְׁבְּרֵי

(לֵב) cor. Radix est לֵבָב, quod est nomen integrum, & cor significat. Inde per sincopem dicitur לֵב, & idem significat. Vide de huiusmodi nominũ formatione par. 2. cap. 2. ap.

(אֶת) Articulus est accusatiui. Vide par. 2. cap. 1. num. 16.

(דַּכְּאֵי) attritos, à verbo דִּכָּא, quod in Piel significat, attriuit, fit nomen דַּכָּא, attritus, in plurali דַּכָּאִים, attriti, in regimine דַּכְּאֵי, vide par. 2. c. 1. n. 13.

(רוּחַ) spiritus, à verbo רוּחַ, quod est, respirauit, fit nomen רוּחַ, spiritus, ventus, mens. estq; nomen fœmininũ habens in plurali רוחות, vide par. 2. cap. 1. nu. 3. except. Sunt, &c.

יוֹשִׁיעַ

(יוֹשִׁיעַ) saluabit, futurum Hiphil à radice יָשַׁע, vide supra ver. 6.

ר

Versus XIX.

omnibus his ex &	iusti	afflictiones	Multæ
וּמִכֻּלָּם	צַדִּיק	רָעוֹת	רַבּוֹת
vmiccullam	*tsaddic*	*ranghoth*	*Rabboth*
	Dominus	eum eruet	
	יְהוָה׃	יַצִּילֶנּוּ	
	Adonai	*iatsilennu*	

(רַבּוֹת) Multæ, à verbo רָבַב, multiplicauit, fit nomen רַב, multus; רַבִּים, multi; & in fœminino רַבָּה, multa; in plurali רַבּוֹת, multæ. vbi punctum daghes est propter defectum alterius ב radicalis, vide par. 2. cap. 5.

(רָעוֹת) mala, afflictiones, à verbo רוּעַ, malus fuit, fit nomen רַע, malus; רָעִים, mali; רָעָה, mala; רָעוֹת, malæ.

Remanet autẽ vbique camets ſub prima radicali, ad ſignificandum defectũ ſecundæ radicalis, vide par. 2. cap. 5. num 7. vbi etiam notandum tùm רַע, tùm רָעָה accipi in Scripturis, & pro adiectiuo, malus, & mala; & pro ſubſtátiuo, malũ, ſeu malitia, ſiue afflictio.


(צַדִּיק) iuſti, vide ſupra ver. 15.

(וּמִכֻּלָּם) Et ex omnibus illis. Litera vau eſt ſeruilis, ſignificans &: habetq́; punctum in ventre, quia litera ſequẽs eſt labialis, vide par. 4. cap 2. num. 11. Litera מ eſt etiam ſeruilis, ſignificans, ex, habetq́; chiric ſequente daghes, quia integra præpoſitio eſt מִן, ſed vltima litera ornatus gratia abijcitur, & eius defectus notatur per daghes infixum in ſequenti litera, vide par. 4. c. 2. nu. 7. Illud autem כֻּלָּם compoſitum eſt ex כֹּל, ideſt, omnes, & הֵם, ideſt, ipſi.

Et

Et quidem כֹּל, de quo ſupra verſu 1. cum affixis mutat cholem in Kibbuts, quia tunc incipit apparere daghes forte, quod latebat in litera ל; ob defectū alterius ל radicalis. Radix enim eſt כָּלַל, perfecit, nec poteſt commode ante daghes forte poni longum punctum. Itaque ex כֹּל & הֵם, fit כֻּלָּם vide par. 2. c. 5.

(יַצִּילֶנּוּ) eruet eum, à radice נָצַל fit præteritum in Hiphil הִצִּיל, eruit, inde eſt futurum יַצִּיל, eruet, & cum affixo יַצִּילֶנּוּ, eruet eum. Vide ſupra verſu 4.



Verſus XX.

eis ex	vnum	: eius oſſa	omnia	Cuſtodiens
מֵהֵנָּה	אַחַת	עַצְמוֹתָיו	כָּל--	שׁוֹמֵר
mehenna	*nchat*	*nghatſmothau*	*col*	*Sciomer*
		contritum eſt	non	
		נִשְׁבָּרָה׃	לֹא	
		niſebbara	*lo*	

(שׁוֹמֵר) Custodiens, à præterito שָׁמַר custodiuit, fit participium שׁוֹמֵר, custo diens; quanquam etiam recte vertitur, custodit, a D. Hieronymo, & a Lxx. interpretibus, quia Hebrei sæpe utuntur participio præsenti, pro præsenti Indicatiui, quo carent.

(עַצְמוֹתָיו) ossa eius, a uerbo עָצַם, roborauit, fit nomen עֶצֶם, os, robur, for titudo, in plurali עֲצָמִים & עֲצָמוֹת, ossa; inde cum affixo עַצְמוֹתָיו, ossa eius.

(אַחַת) vna, est numerus cardinalis generis fœminini, sicut etiam os ossis hoc loco est generis fœminini, vide ta bellam numerorum par. 2 cap 3.

(מֵהֵנָּה) ex eis, præpositio cũ pronomine generis fęminini numeri mul titudinis, vide par. 2 cap. 4. num. 2. Est aũt daghes in litera nun post longã uo calẽ ratione accẽtus, vide p. 1. c. 2. ap. 2.

(לֹא)

(לא) non. Aduerbium negandi, vide par 4.cap 1.num.4.

(נִשְׁבָּרָה) contritum est, à radice שָׁבַר, contriuit, fit præteritum in Niphal נִשְׁבַּר, contritus est, & in fœminino נִשְׁבָּרָה, contrita est. Vertimus tamen hoc loco, contritum est, quia os apud Latinos est generis neutri. Porrò sub litera ב est camets pro sceua, propter accentum, vide par 2.cap.5. nu.2.

ת

Versus XXI.

qui oderunt &	; malitia	impium	Interimet
וְשׂוֹנְאֵי	רָעָה	רָשָׁע	תְּמוֹתֵת
vesonee	*rangha*	*rasciangh*	*temotheth*
	. desolabuntur	iustum	
	יֶאְשָׁמוּ :	צַדִּיק	
	iesciamu	*tsaddic*	

(תְּמוֹתֵת) Interimet, à verbo מֵת, mortuus

tuus eſt, ſit in coniugatione Poel מוֹתֵת, interemit, inde in tertia perſona futuri generis fœminini , numeri ſingularis תְּמוֹתֵת, interimet. Vide inflexionẽ par. 3. cap. 2. coniug. 5. & c. 4. quieſcentium nghain.

(רָשָׁע) impium, à verbo רָשַׁע, impius fuit, fit nomen רָשָׁע, impius.

(רָעָה) malitia. Vide verſu 19.

(שׂוֹנְאֵי) qui oderunt, à præterito שָׂנֵא, odit, fit Benoni שׂוֹנֵא, odiens, qui odit. in plurali שׂוֹנְאִים, odientes; & in regimine שׂוֹנְאֵי: participia enim flectuntur more nominum.

(צַדִּיק) iuſtum, vide ſupra verſu 15. deberet quidem verti, iuſti, quia genitiui caſus eſt apud Hebræos, tamen vertimus iuſtum propter Latinã Syntaxim.

(יֶאְשָׁמוּ) delinquent, vel deſolabuntur,

tur, à præterito אָשַׁם, deliquit, ſeu deſolatus eſt, fit futurum יֶאְשְׁמוּ, delinquent, ſiue deſolabuntur. Ponitur autem hoc loco camets pro ſceua, ſub litera שׁ, propter accentum diſtinguentem, vide par. 2. cap. 5. num. 2.

פ

Verſus XXII.

non &	ſuorum ſeruorum	animam	Dominus	Redimens
וְלֹא	עֲבָדָיו	נֶפֶשׁ	יְהוָה	פּוֹדֶה
velo	*nghauadau*	*nepheſe*	*Adonai*	*Pode*
eo in	confidunt	qui	deſolabuntur	
בּוֹ׃	הַחוֹסִים	כָּל-	יֶאְשְׁמוּ	
bo	*hachoſim*	*col*	*ieſciemu*	

(פּוֹדֶה) Redimens, à præterito פָּדָה, redemit, fit Benoni פּוֹדֶה; redimens, hoc eſt, redimit.

(נֶפֶשׁ) animam, eſt ipſa radix, ſiue primitiuum nomen.


(עֲבָדָיו)

(עַבְדָיו) seruorum suorum, à verbo עָבַד, seruiuit, fit nomen עֶבֶד, seruus: in plurali עֲבָדִים, serui, in regimine עַבְדֵי; & cum affixo עֲבָדָיו.

(הַחוֹסִים) qui sperant. Litera ה præposita participio seruit loco pronominis relatiui. Illud aūt חוֹסִים est participiū, à verbo חָסָה, sperauit. Hinc enim fit participium חוֹסֶה, sperans; & in plurali חוֹסִים, sperantes: vertimus tamen, qui sperant, quia vtuntur Hebręi participio loco præsentis tēporis, & tunc maxime cūm præcedit pronomen.


(בוֹ) in eo, præpositio cum affixo, vide Quiescentia Lamed He, par. 3. c. 4.

FINIS, LAVS DEO.



CA-

CAMILLVS NIERIVS LVCENSIS LECTORI.

Rudens Lector, quia noſtra ſedulitas in corrigendo valde multa implorat etiã benignitatem, diligentiamq; tuam, vt quædam pauca corrigere non dedigneris.

Aduerte primò, quòd ſi dictionem inuenies Hebręã quæ contineat errorem in literis: ſicut per exemplum, pag. 364. ver. 5. lege eandem dictionem pag. 361. in fine verſus ſeptimi, & duplici regula doceris correctionem: primò, quia eadem dictio, vel in eadem pag. 361. vel alibi recte compoſita, admonet te, literam ה eſſe male poſitam, & debere ſcribi ח loco eius: ſecundò, quia pronunciatio facta literis Italicis ſub dictione per ch, idem admonet. Similiter obſerua in alijs, ſi quæ contingant.

Si error accidat in punctis, vt per exemplum, pag. 357. ver. 2. & 6. tali modo corrige: eiuſdem pag. ver. 9. & 10. 13. & 14. cernis rectam poſitionem punctorum dictæ dictionis, ſcilicet quòd ſceua literæ כ eſt male poſitum, quia debet eſſe tſere, & quòd accentus ſub פ debet eſſe ſceua: idem obſerua, ſi accidat caſus in alijs.


Si error accidat in accentu, ſicut pag. 155. ver. 14. & 15. ſcis quòd talia puncta ſic poſita non poſſunt eſſe accentus, & ſic ſcribitur

Si error ſit in tabulis verborum aduerbiorũ, &c. per ſimilitudinem formationis aliarum dictionum, & per conſuetas literas in alijs poteris corrigere errorẽ, per exemplum pag. 80. col. 7. more Hebręorum ver. 5. habemus dictionem שלישיה vide diſpoſitionẽ aliarũ ſimilium in formatione, & correctio erit שלישית eadem pag. col. 2. ver. 4. litera ע non habet punctum chiric, hoc aduertis, & a ſimilitudine aliarum dictionum in eadem tabula.

Si

Si in dictione pronunciante vocem Hebræam accidat error, à dicta voce Hebræa sume correctionem. Exemplū, pag. 169. ver. 11. est dictio bazzu, ex voce Hebræa, quæ habet sceua post camets motionem maiorē cum accentu rhetorico scis, quòd scieua legitur: ob id aufer z, & pone e, & lege bazeu, sic in versu sequenti lege bazezu. Aliud exemplum pag. 171. ver. 5. est dictio vaijacham ex voce Hebrea aduertis, quòd camets in vltima syllaba post aliud camets cum accentu fit camets cateph, & pronunciatur vt o; ob id lege vaijachom, sic intellige de reliquis.

Pag 21. col 1. cum titulo figura secundū signum sic - pone .. & subsequens ∴ pone ∴ pag. 23. col 1. sub eodem titulo secundum signum sic pone pag. 25. ver. 18. à camets longa vocali adde figura indistintum. pag 26. ver 11. כְּלָאַרְצ lege בְּל-אֶרֶץ. pag. 27. ver. 13. sed בָּ, adde ua. uer. 14. ה legen pag. 28. uer. 6. aufer patach à duabus literis ע & ח. pag. 79. uer. 8. dictione secunda, aufer segol ab aleph.



ERRATA.

ERrata, quæ inter legendũ occurrent, ſunt ferme triplicis generis. quædã enim tam facilia notatu ſunt, vt neminem fallant, ſuntq́; rariora: cuiuſmodi ſunt hæc. Pag. 18. lin. 6. Indum, pro Interdum. & lin. penult. Obſucre, pro Obſcure. pag. 62. lin. vlt. Nullum, pro Nullus. pag. 162. lin. 4. Cœpit, pro Cepit. pag. 217. lin. 1 Plurari, pro Plurali. pag. 223. lin. vlt. Declinar, pro Declinare. pag. 226. lin. 11. Percuxit, pro Percuſſit. pag. 233. lin. 10. Habet, pro Habent. pag. 234. lin. 18. Viſiui, pro Viſitaui. pag. 292. lin. 4. Dicereſin, pro Diæreſin. pag. 300. lin. vlt. κατ᾽ ἐξοχῶ pro κατ᾽ ἐξοχὴν. pag. 304. lin. 4. Enigmate, pro Aenigmate. pag. 314. lin. 9. nſigni-

bus, pro Infignibus. pag 316. lin 12: Dissilabum, pro Dyssillabũ. pag. 322. lin. 4. Hoc pro Hæc. pag. 329 lin. 4. pap. pro pag.

Quædam vero crebriora sunt illa quidẽ, sed quæ tum ex sensu, tum ex antecedentibus, & ex cõsequentibus facillime depræhendantur. hæc ad sequentia capita reuocari possunt.

1 Similium literarũ permutatio tum Hebraicarum: vt ב Beth, pro כ Caph, ג Ghimel, pro נ Nun. ד Daleth, pro ר Resc. ה He, pro ח Cheth. י Iod, pro ו Vau. ח Cheth, pro ת Tau. שׁ Scin, pro שׂ Sin. & contra. Tum Latinarum, vt c, pro e. m, pro n. pro u, & contra.

2 Puncti vnius, vel alterius in nõnullis vocibus, aut variatio, aut omissio: nisi forte contingat Typorum vitio, aut Impressorum incuria, vt minus appa-

appareant xii. יְהוָה Nomen Dei ineffa bile Latinis literis exprimitur Iehouah, cum exprimendum ſit, aut certe pronuntiandum Adonai ex pag. 338. & ſeq.

3 Punctum in ventre literarũ, quod vocatur Daghes, ſæpe omiſſum, vbi erat ponendum; & ſæpe poſitum, vbi erat omittendum. Accentus etiam ſę piſſime deſiderantur.

4 Daghes lene in medio Latinis literis fere ſemper exprimitur vt forte, per literas geminatas.

5 Sceua quieſcens ſæpe exprimitur Latine vt mobile.

6 Voces Hebraicæ, quæ Latinis literis in tyronum gratiam ſemper exprimendæ erant, ſępe ex incuria non exprimuntur; nonnunquam male exprimuntur.

7 Voces Hebraicæ non ſingulæ, vt præſtabat, Latinis literis expreſſę, ſed plures ſimul iunctæ.

8 Significatio vocum Hebraicarũ, quæ ſæpe adhibetur, & ſemper adhibenda fuit; non raro omittitur.

9 Litera ה He, quæ Latine exprimenda eſſet, per Latinam aſpirationem H vix vnquam exprimitur.

10 Punctum cateph camez, vel camez catuph, ſæpe vocatur camets caton, vel camez ſceua: item cateph patac: & cateph ſegol.

11 Numeri tum pagellarum, tum paragraphorum interdum perturbati.

Quædam denique ſunt errata maioris momenti, quæ non tam facile a tyronibus animaduerti poſſunt, eaq; fere ſunt, quæ ſequuntur.

Pag.

Pag.	Linea.	Erratum.	Sic corrige.
21	4	coarctare.	Aperire.
25	17	punctis a camets.	Sic leg. Pũctis additis ad camets ita vt figura non diſtinguatur a camets.
38	9	Vel lene.	An lene.
40	2	Quattuor.	Quatuor. Sic ſcribendum ſemper vnico t.
41	antepenul.	Regina.	Regnum.
60	1	בְּפִרְיוֹ	בְּפִרְיוֹת
60	15	אֲלַפַּיִם Alapaim.	אַלְפַּיִם Alpaijm.
61	5	Virgines.	Virginitates.
67	5	Litera ה.	Prępoſitione מִן.
68	4	רֶגֶר	רֶגֶל
78	5	דְשֵׂרָה	עֶשְׂרֵה
84	11	אָנִי	אָנִי
85	9	הֵכָּה Hecca.	הֵנָּה Hennah.
93	7	Ielmod.	Ielemod.
98	12	בַּן	בֵּן

Pag.

Pag.	Linèa.	Erratum.	Sic corrige.
103	17	cormo, cormin.	coremo, coremin.
105	3	Addendum: In regimine מַלְכֵי malche.	
109	1	Per quos, &c. Sic leg. Tempora tria, Præteritum, Præſens, & Futurum, per quæ Hebræi, &c. Quæ omnia, &c.	
110	2	Præſens.	Præteritum.
	18	& tunc ſolent præponere.	& tunc ſolent, vt dictum eſt, præponere.
130	2	eſt ſignum.	deleatur.
148	7	Hiphal.	Hophal.
149	8	Interdum abijcit Gerundiũ:	deleantur.
154	17	Piel	Hithpael.
156	12	Qui viſitauit.	Qui viſitatur.

Pag.

Pag.	Linea.	Erratum.	Sic corrige.
162	initio	Ponendæ ſunt prius regulæ duæ, inferius poſitæ, quàm verbum לָקַח	
169	10	שֵׁחַת ſciachat.	שַׁחַת ſciachach
179	1	Niphil.	Hiphil.
204	10	exultatur.	excluditur.
207	16	Peccare fecit	Peccare feci.
217	7	Dicitur.	Abijcitur.
223	11	Radicalis.	Gutturalis.
278	penult.	Terra erat.	Et terra erat.
292	17	conſtat cum ſyllaba.	conſtat ſyllaba.
312	5	Quinto.	Quarto.
329	20	Deſiderantur hæc in illo Indice. De Verbis Quieſcentibus. 4. 178.	
343	15	Hoc loco.	Vt hoc loco.
351	7	תְּמוֹמֵם	תְּרוֹמֵם
361	5	Sauiſ.	Sauiu.

Pag.

Pag.	Linea.	Erratum.	Sic corrig
	7	Tof.	Tou.
373	10	Ohof.	Oheu.
380	2	רְדוּק	רְדוּף Redoph
	10	VX.	XV.



2